

University of St. Michael's College



3 1761 08051745 1

TRANSFERRED



NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XXVII. — 1895.

Imprimi potest.

Tornaci, die 5 Februarii 1896.

J.-B. DERIE, *Vic. Gen.*

Imprimi potest.

Valleguidonis, die 4 Februarii 1896.

† JULIUS, *Episc. Valleguidonensis.*

†

Attenta Censuræ Ordinis approbatione imprimi potest.

Romæ, die 6 Februarii 1896.

Fr. BERNARDUS AB ANDERMATT,
Ord. Capuc, Min. Gener.

Antverpiæ, die 6 Februarii 1896.

Fr. JOANNES-BAPTISTA A MEERLE,
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. Ind.

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P, PIAT de Mons,
De l'Ordre des Frères Mineurs-Capucins

ET DE


M. J. PLANCHARD,
Vicaire-Général d'Angoulême.

AVEC APPROBATION DES ÉVÊCHÉS DE TOURNAI ET DE LAVAL.

Honorée d'un Bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XXVII. — 1895.

PARIS
LIBRAIRIE INTERNATIONALE CATHOL.
Rue Bonaparte, 65



LEIPZIG
L.-A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Sternwartenstrasse, 46

H. & L. CASTERMAN
ÉDITEURS PONTIFICAUX, IMPRIMEURS DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI

MAR 11 1957

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE.

LETTRE APOSTOLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

LITTERÆ APOSTOLICÆ

DE DISCIPLINA ORIENTALIUM CONSERVANDA ET TUENDA.



LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Orientalium dignitas Ecclesiarum, pervetustis rerum monumentis eisque insignibus commendata, magnam habet toto christiano orbe venerationem et gloriam. Apud illas enim, inita benignissimo Dei consilio humanæ redemptionis primordia, celeriter ad ea properavere incrementa, ut laudes apostolatus et martyrii, doctrinæ et sanctitatis primo honore floruerint, primam saluberrimorum fructuum lætitiâ ediderint. Ex illis autem perampla beneficiorum vis in ceteros late populos mire profuxit; quum beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis,

multiplicem erroris vitique pravitatem disjecturus, lumen veritatis divinæ, evangelium pacis, Christi libertatem in dominam gentium urbem cælesti numine intulit. — At Ecclesiis Orientalibus Romana potissimum, ecclesiarum omnium caput, sane quantum honoris et caritatis inde a memoria apostolica tribuere consuevit et quam fidei obsequio vicissim lætari : easdemque, per varia deinde atque acerba tempora, nequaquam ipsa destitit, providentia et benefactis, a jacturis erigere, devinctas retinere, revocare discordes. Neque ultimum illud fuit vigilantia officium, ut proprias cujusque orientalis gentis consuetudines sacrorumque rationes, quas pro potestate et sapientia sua legitimas edixisset, integras in eis perpetuo custodiret ac tueretur : cujus rei documento multa sunt quæ Decessores Pontifices, cum primis Pius IX fel. rec., vel suis ipsi actis vel per sacrum Consilium christiano nomini propagando prudentissime censuerunt. — Non minore permoti Nos adductique studio, sub ipsa pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertimus. Maturavimus quidem conferre curas ad earum allevandas necessitates, aliasque sumus deinceps occasiones nacti actuosæ benevolentia testandæ : sed nihil profecto antiquius sanctiusque fuit neque est, quam animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et fecunditatem fidei, ut ad majorum excellentiam et laudem exemplis renovatis nitantur.

Jam licuit aliquot adjumenta Ecclesiis illis afferre. — Collegium hac ipsa in Urbe clericis Armeniis et Maronitis instituendis, itemque Philippopoli et Hadrianopoli pro Bulgaris, condidimus; Athenis Leonianum condendum decrevimus; etiam seminario sanctæ Annæ, quod Hierosolymæ, cleri Græci Melchitæ edocendi causa, cœptum est, majorem in modum favemus. In eo præterea sumus ut Syrorum numerum in alumnis Collegii Urbaniani augeamus; utque Athanasianum Græcorum ad pristinum restituamus institutum, quod Gregorius XIII, munificus auctor, sapienter voluit, unde viri extiterunt clarissimi. Plura vero in hoc similique genere experiri Nos atque efficere posse,

eo nunc vehementiore voluntate exoptamus, postquam, aspirante Deo, consilium jamdiu meditatam perfecimus appellandi singulari epistola principes et populos universos ad felicem fidei divinæ unitatem. Nempe inter christianas gentes calamitose divulsas, primo loco Orientales vocare, adhortari, obsecrare contendimus, quanta maxima potuimus apostolica et paterna caritate. Inchoatam spem quotidie magis foveri perjucundum accidit Nobis, certumque est, opus tam salutare enixius insistere; ut, quidquid ex Apostolicæ Sedis providentia expectari possit, admodum expleamus, quum submovendis simultatis vel suspicionis causis, tum optimis quibusque reconciliationis præsiidiis admovendis. — Præstantissimum id esse existimamus, ad incolumitatem disciplinæ Orientalium propriæ, cui valde semper tribuimus, animum curasque adjicere. Qua in re jam Nos clericorum ephebeis earum gentium proxime conditis hanc etiam dedimus præscriptionem, dabimus eandem condendis, ut maxima religione ritus colant et observent suos, in eisque cognitionem usumque alumni capiant. Siquidem in rituum orientalium conservatione plus inest quam credi possit momenti. Augusta enim, qua varia ea rituum genera nobilitantur, antiquitas, et præclaro est ornamento Ecclesiæ omni, et fidei catholicæ divinam unitatem affirmat. Inde enimvero, dum sua præcipuis Orientis Ecclesiis apostolica origo testatior constat, apparet simul et enitet earumdem cum Romana usque ab exordiis summa conjunctio. Neque aliud fortasse admirabilius est ad *catholicitatis* notam in Ecclesia Dei illustrandam, quam singulare quod ei præbent obsequium dispares cæremoniarum formæ nobilesque vetustatis linguæ, ex ipsa Apostolorum et Patrum consuetudine nobiliores; fere ad imitationem obsequii lectissimi quod Christo, divino Ecclesiæ auctori, exhibitum est nascenti, quum Magi ex variis Orientis plagis devecti *venerunt... adorare eum* (1). — Quo loco illud apte cadit animadvertisse, quod sacri ritus, tametsi per se instituti non sunt ad dogmatum catholicorum

(1) Matth. II, 1-2.

evincendam veritatem, eadem tamen viva propemodum expriment splendideque declarant. Quapropter vera Christi Ecclesia, sicut magnopere studet ea custodire inviolata quæ, utpote divina, immutabilia accepit, ita in usurpandis eorundem formis nonnunquam concedit novi aliquid vel indulget, in iis præsertim quæ cum venerabili antiquitate conveniant. Hoc etiam modo et ejus vitæ nunquam senescentis proditur vis, et ipsa magnificentius Christi sponsa excellit, quam sanctorum Patrum sapientia veluti adumbratam in effato agnovit Davidico : *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate... in fimbriis aureis circumamicta varietatibus* (1).

Quoniam igitur hæc rei liturgicæ disciplinæque orientalis jure probata varietas, præter ceteras laudes, in tantum decus utilitatemque Ecclesiæ convertitur, eo non minus pertineant muneris Nostri partes oportet, recte ut sit consultum, ne quid incommodi imprudenter obrepat ab occidentalibus Evangelii ministris, quos ad eas gentes Christi caritas urgeat. — Rata quidem permanent quæ in hoc Benedictus XIV, Decessor Noster illustris, sapienter provideque decrevit per Constitutionem *Demandatam*, in forma epistolæ, die datam xxiv decembris anno mdcclxiii, ad Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum omnesque ejusdem ritus Episcopos eidem Patriarchæ subjectos. Verum, ætatis decursu non brevi novatis per ea loca rerum conditionibus, atque latinis Missionariis Institutisque ibidem multiplicatis, factum est ut peculiare quædam Apostolicæ Sedis curæ in eadem causa exposcerentur : quod certe peropportuno fore, crebra per hosce annos occasione Nosmetipsi cognoveramus, et desideria æquissima confirmaverant Venerabilium Fratrum in Oriente Patriarcharum, non semel ad Nos delata. Quo autem totius negotii apertius pateret summa, aptioresque providendi rationes definirentur, eosdem Patriarchas haud ita pridem in Urbem advocare placuit, quibusecum communicarem consilia. Tum eos, una cum nonnullis Dilectis Filiis

(1) Ps. xlv.

Nostris S. R. E. Cardinalibus, coram ad deliberandum frequenti congressione habuimus. — Iis autem rebus omnibus, quæ communiter propositæ et agitatae sunt, meditate perpensis, induximus animum certa quædam ejusdem Benedictinæ Constitutionis præscripta, congruenter novis earum gentium temporibus, explicatiora facere et ampliora. In quo præstando, hoc tamquam principium ex ipsa deprompsimus, sacerdotes nempe latinos eo tantum consilio ab Apostolica Sede in illas regiones mitti, ut sint Patriarchis et Episcopis *in adjutorium et levamen*; cauto propterea *ne utendo facultatibus sibi concessis, eorum jurisdictioni præjudicium inferant et numerum subditorum imminuant* (1): ex quo perspicuum extat quibus legibus officia eorundem Latinorum ad Hierarchiam Orientalem sint temperanda.

Itaque rerum capita quæ sequuntur visa sunt in Domino præscribenda et sancienda, ut facimus Apostolica fulti auctoritate; jam nunc declarantes velle Nos atque edicere ut eadem Benedictina decreta, quæ de Græcis Melchitis primitus data sunt, fideles omnes cujusvis in Oriente ritus universe attingant.

I. Missionarius quilibet latinus, e cleri sæculari vel regulari, qui orientalem quempiam ad latinum ritum consilio auxiliove inducat, præter *suspensionem a divinis* quam *ipso facto* incurret, ceterasque pœnas per eandem Constitutionem *Demandatam* inflictas, officio suo privetur et excludatur. Quæ præscriptio ut certa et firma consistat, exemplar ejus patere vulgatum apud Latinorum ecclesias jubemus.

II. Ubi desit proprii ritus sacerdos cui Patriarcha orientalis mandet spiritualem suorum administrationem, ibi eorum curam suscipiat Parochus alieni ritus qui easdem atque ipsi species, azymum vel fermentatum, ad consecrandum adhibeat; antefertur qui eas adhibeat ritu orientali. — Fidelibus autem sit facultas communicandi utrovis ritu, non eis tantummodo locis ubi nulla ecclesia nec sacerdos sui proprii ritus habeatur, prout a sacro Consilio christiano nomini propagando decretum est die

(1) Const. *Demandatam*, n. 13.

XVIII augusti anno MDCCCXIII, verum etiam ubi, propter longinquitatem ecclesiæ suæ, non eam possint, nisi cum gravi incommodo, adire : de quo Ordinarii esto iudicium. Idque fixum resideat, eum qui alieno ritu vel diu communicaverit, non propterea censendum mutasse ritum, sed in ceteris officiis omnibus perseverare Parocho suo addictum.

III. Sodalitates Religiosorum latinæ, quæ juventuti instituendæ in Oriente dant operam, si quo in collegio alumnos ritu orientali non paucos numerent, sacerdotem ejusdem ritus, Patriarcha consulto, apud se habeant ipsorum commodo alumnorum, ad missæ sacrificium, ad sacram synaxim, ad catechesim patria lingua impertiendam ritusque explicandos; aut saltem diebus dominicis ceterisque de præcepto occurrentibus festis talem sacerdotem arcessant, ea officia præstiturum. Quam ob causam eisdem Sodalitatibus quævis privilegia, etiam speciali mentione digna, quibus gaudeant ut alumni orientalis ritus, quamdiu in collegiis ipsarum degant, latinum sequantur, adempta esse omnia edicimus : de ritualibus autem abstinentiis servandis moderatores cum religiosa æquitate videant. — Item alumnis externis prospiciatur : quos ad proprias ipsorum ecclesias seu curias remitti aut perducere oportebit, nisi videatur eos cum internis ad ejusdem ritus officia admittendos.

IV. Eadem præscripta transferenda sunt, quoad fieri possit, ad Religiosarum Sodalitates, puellis educandis in asceteriis scholisque deditas. Quod si qua immutatio per tempora et res opportuna inciderit, ea non ante fiat quam Patriarchæ consensus accesserit et venia Apostolicæ Sedis.

V. Nova, ritu latino, juventutis collegia vel domus Religiosorum utriusvis sexus ne in posterum aperiantur, nisi Apostolica Sede rogata et consentiente.

VI. Presbyteris tum latinis tum orientalibus, neque in suis, neque in alieni ritus ecclesiis, fas est quemquam absolvere a casibus qui suis cujusque Ordinariis sint reservati, nisi facultate ab eisdem permissa : qua in re quodvis privilegium, vel speciali mentione dignum, prorsus revocamus.

VII. Orientalibus qui ritum latinum, etiamsi ex pontificio rescripto, susceperint, revertere ad pristinum, Apostolica Sede exorata, licebit.

VIII. Mulieri latini ritus quæ viro nupserit ritus orientalis, æque ac mulieri orientali quæ nupserit latino, integrum erit ut ad ritum viri, ineundo vel durante matrimonio, transeat : matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera erit potestas.

IX. Quicumque orientalis, extra patriarchale territorium commorans, sub administratione sit cleri latini, ritui tamen suo permanebit adscriptus; ita ut, nihil diuturnitate aliave causa ulla suffragante, recidat in ditionem Patriarchæ, simul ac in ejus territorium revererit.

X. Nulli, utriusvis sexus, Ordini vel Instituto religioso latini ritus, quemquam orientalem inter sodales suos fas erit recipere, qui proprii Ordinarii testimoniales litteras non ante exhibuerit.

XI. Si qua ex dissidentibus communitas vel familia vel persona ad catholicam unitatem venerit, conditione velut necessaria interposita amplectendi latini ritus, huic ritui remaneat ea quidem ad tempus adstricta, in ejus tamen potestate sit ad nativum ritum catholicum aliquando redire. Si vero ejusmodi conditio non intercesserit, sed ideo ipsa communitas, familia, persona a latinis presbyteris administretur quia desint orientales, regrediendum ipsi erit ad ritum suum, statim ut sacerdotis orientalis fuerit copia.

XII. Matrimoniales et ecclesiasticæ, quæcumque sint, causæ, de quibus ad Apostolicam Sedem appellatio fiat, nequaquam Delegatis Apostolicis definiendæ, nisi aperte ea jusserit, committantur, sed ad sacrum Consilium christiano nomini propagando omnino deferantur.

XIII. Patriarchæ Græco Melchitæ jurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles ejusdem ritus qui intra fines Turcici Imperii versantur.

Præter istas peculiare cautiones atque ex jure præscripta, maxime nos tenet cura, quod supra attigimus, ut condantur

opportunioribus in Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad juvenes incolas ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhæreat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut confidimus, catholicorum ope, deliberatum habemus. Sacerdotum indigenarum operam, quippe et convenientius impensam et cupidius acceptam, multo futuram quam advenarum fructuosiore, paulo fusius est a Nobis monstratum in encyclicis litteris quas dedimus superiore anno de collegiis clericorum in Indiis Orientalibus constituendis.

— Ita porro sacræ juventutis institutioni semel consulto, profecto studiis rei theologicæ et biblicæ apud Orientales accresset honos; vigebit linguarum veterum eruditio æque ac in recentibus sollertia; doctrinæ et litterarum census, quo Patres eorum scriptoresque abundant, in commune bonum, largius proficiet: eo demum peroptato exitu, ut sacerdotii catholici emergente doctrina integrique exempli laude prælucente, propensius ejusdem matris complexum fratres dissidentes requirant. Tum vero si ordines cleri animos, studia, actionem caritate vere fraterna sociaverint, certe favente et ducente Deo, dies maturabitur auspiciatissima, qua, *occurrentibus omnibus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, plene ex eo perfecteque totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate* (1). Ea nimirum gloriari unice potest Christi vera esse Ecclesia, in qua aptissime cohæreat *unum corpus et unus spiritus* (2).

Hæc universa et singula, quæcumque sunt a Nobis decreta, minime dubium quin Venerabiles Fratres Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi quovis orientali ritu catholici, pro ea qua præstant tum in Cathedram Apostolicam et in Nos pietate, tum

(1) Eph. iv, 13, 16.

(2) *Ibid.*, 4.

suarum sollicitudine Ecclesiarum, omni sint reverentia et obtemperatione suscepturi, idque sedulo effecturi ut eorundem observantia, ab iis quorum interest, plena consequatur. — Copia vero fructuum, quos inde augurari licet et jure optimo expectare, valde ex opera eorum proveniet qui gerunt personam Nostram per Orientem christianum. Delegatis propterea Apostolicis commendatissimum volumus ut illarum gentium tradita a majoribus instituta honore debito vereantur : Patriarcharum auctoritatem quo par est obsequio colant, colendam curent; atque in officiorum cum eis permutatione, consilium expleant Apostoli : *Honore invicem prævenientes* (1) : Episcopis, clero et populo studiosum ac benevolentem animum probent; eundem plane spiritum in se referentes, quo Joannes Apostolus agebatur, quum Apocalypsim dedit *septem ecclesiis quæ sunt in Asia*, inscripta salutatione : *Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est* (2) : in omnique agendi ratione sese præstent eos, qui vere habeantur nuntii digni conciliatoresque sanctæ unitatis inter Orientales Ecclesias et Romanam, quæ centrum ejusdem est unitatis et caritatis. — Hæc ipsa similiter sentiant, similiter peragant, hortatu jussuque Nostro, sacerdotes latini, quotquot in eisdem regionibus egregios labores obeunt ad sempiternam animorum salutem : religiose in obedientia Romani Pontificis laborantibus, tunc vero dabit Deus ampla incrementa.

Igitur quæcumque his litteris decernimus, declaramus, sancimus, ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter servari volumus ac mandamus, nec ea notari, in controversiam vocari, infringi posse, ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine; sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus Apostolicis, etiam in generalibus ac provincialibus conciliis editis, constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac præscriptionibus; quibus omnibus, perinde ac si de

(1) Rom. xii, 10.

(2) Apoc. i, 4.

verbo ad verbum hisce litteris inserta essent, ad præmissorum effectum, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. — Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, manuque Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides quæ præsentibus hisce Litteris haberetur ostensis.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo nonagesimo quarto, pridie kalendas decembres, Pontificatus Nostri decimo septimo.

A. CARD. BIANCHI, PRO-DATARIUS.

C. CARD. DE RUGGIERO.

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco ✠ *Plumbi*

Reg. in Secret. Brevium

I. CUGNONI.

Nous ne pouvons pas songer à insister sur tous les détails de cette Constitution ou de la Constitution *Demandatam* de Benoit XIV, concernant les grecs Melchites et étendue à tous les orientaux (1); mais ne pouvons oublier non plus que, tout récemment, à l'occasion de plusieurs décrets de la S. Congrégation de la Propagande, la *Revue* a publié un article assez étendu sur la question des rites orientaux (2), et que plusieurs règles, alors certaines, se trouvent modifiées par les mesures que le Souverain Pontife vient de prendre. Il y a lieu d'indiquer ces modifications, et nous saisissons cette occasion pour signaler les points de la Constitution nouvelle qui nous semblent plus importants.

(1) V. *Bullar. Bened. XIV*, t. II, pag. 148 (Edit. Mechlin.).

(2) V. *Nouvelle Revue Théologique*, t. XXV, pag. 506 à 517.

I. RESPECT ET CONSERVATION DES RITES ORIENTAUX.

Nous avons fait ressortir dans l'article dont nous venons de parler le respect que le Saint-Siège a manifesté en toute occasion pour les rites orientaux et sa volonté formelle de les maintenir sans aucune altération. La Constitution *Orientalium dignitas Ecclesiarum* vient nous en fournir une nouvelle preuve. Nos lecteurs auront certainement remarqué les belles pages que le Souverain Pontife, à l'exemple de tous ses Prédécesseurs, consacre à célébrer la beauté que la variété des rites apporte à la sainte Église; ils y trouveront avec lui l'affirmation éclatante de la divine unité de la foi, et la manifestation de la catholicité de l'Église, que cette variété met en pleine lumière. Nous ne rappelons que pour mémoire ces passages, et nous venons tout de suite aux mesures prises pour la conservation et le relèvement des rites orientaux.

La Constitution *Demandatam* pose, comme une autre Constitution de Benoît XIV, la Constitution *Allatæ sunt*, que nous avons plus particulièrement citée dans notre article, le principe général qui domine la question : c'est que les orientaux doivent conserver intégralement leurs rites et qu'il ne leur est pas permis de les changer en quoi que ce soit :

Nemini licuisse, aut licere, quovis titulo et colore, et quacumque auctoritate, aut dignitate, etiamsi Patriarchali, aut Episcopali præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram exactamque eorumdem imminuat (1).

(1) Voici le texte de la Constitution *Allatæ sunt* : « Non licuisse, nec licere præfatis catholicis ullatenus a proprii ritus, a Sancta Romana, ut supra, Ecclesia approbati, consuetudine et observantia recedere. »

Appliquant ce principe aux cas particuliers qui lui étaient soumis, Benoît XIV, tout en laissant au Patriarche d'Antioche la faculté d'accorder chaque année, même *pro aliquo cœtu seu communitate*, des dispenses particulières des abstinences ou des jeûnes, que la pauvreté des habitants du Liban et de l'Anti-Liban et le défaut des aliments de jeûne rendraient nécessaires, avait positivement déclaré nulle pour le passé, et défendu dans l'avenir toute dispense générale ou perpétuelle (1). De même, en ce qui concerne le sacrifice de la messe, le Pontife avait maintenu la règle et la coutume ancienne des orientaux, qui ne permet, à chaque autel, que la célébration d'une messe par jour, et, en outre, veut que, pendant le carême, sauf le samedi et le dimanche, on se borne à la messe des présanctifiés. Mais il avait permis, comme l'avaient fait ses Prédécesseurs, d'ériger plusieurs autels dans la même église; et, si le nombre des autels dans une église n'était pas en proportion avec le nombre des prêtres, il autorisait aussi, là où cette pratique était en usage, plusieurs prêtres à concélébrer au même

(1) Nous nous sommes borné dans notre article précédent (*loc cit.*, pag. 516) à faire remarquer que les missionnaires latins ne peuvent, sans un pouvoir spécial du Saint-Siège, dispenser des abstinences et des jeûnes prescrits dans les rites orientaux; nous n'avons pas dit quelles sont ces prescriptions. Un passage de la Constitution *Demandatam* les indique: « Præter jejunium Quadragesimæ, quod in tota Ecclesia Paschalibus Resurrectionis Domini Festis Apostolica institutione præmittitur, similis etiam quadraginta dierum abstinentia Natalitiæ Christi solemnitati præcedit, tum alia quatuordecim dierum ante Festum Assumptionis B. Mariæ Virginis observatur; et alia demum ante Festum sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, totidem dies complectens, quot a Feria secunda post octavam Pentecostes ad eorumdem Apostolorum Festum intercurreunt... » Il faut ajouter: « consuetudinem a Majoribus derivatam, abstinendi etiam qualibet Feria quarta, et sexta per annum ab esu piscium... » Voir cependant, dans la Constitution *Etsi pastoralis*, les dispositions spéciales qui concernent les « italo-græci » *Bullar. Bened. XII*, t. II, pag. 342 (de l'édition de Malines).

autel et à appliquer chacun la messe à l'intention de ceux qui avaient remis un honoraire (1).

La Constitution *Orientalium dignitas Ecclesiarum* n'a pas pour but d'édicter des règles de ce genre, qui tendent toutes à conserver dans leur intégrité les coutumes et les rites orientaux. Par les prescriptions qu'elle contient, le Souverain Pontife se propose plutôt de relever ces rites, et d'en conserver la connaissance et la pratique parmi les orientaux. Qu'il nous suffise de mentionner l'érection, annoncée par la Bulle, de séminaires, collèges, établissements divers pour la formation des élèves ou l'éducation des enfants de rite oriental; l'obligation faite aux Instituts des deux sexes, de rite latin, s'ils ont un certain nombre d'élèves orientaux, d'avoir, au moins le dimanche et les jours de fête, un prêtre oriental pour dire la messe, communier, catéchiser ces élèves suivant leur rite, et de prendre les mesures équitables pour l'observation des jeûnes.

II. JURIDICTION DES ÉVÊQUES ORIENTAUX.

La Constitution *Demandatam* exprimait sans ambages un motif de défiance et de crainte qui a pu bien souvent

(1) Benoît XIV dit nettement ce qu'il permet sous ce rapport, ce qu'il ne permet que sous condition, et ce qu'il défend : « Hujusmodi autem sacrificium singuli sacerdotes (concelebrantes) juxta mentem eorum, qui voluntarias oblationes exhibent, licite valeant applicare. Quod si secundæ, et ultiores oblationes pro ejusdem sacrificii celebratione superaddantur, Sacerdos, qui eas receperit, semper teneatur, monere fideles posteriori loco offerentes, de aliis oblationibus ad eundem finem acceptis; et nisi iidem offerentes unica missæ celebratione se voti compotes fore declarent, sciat se unico sacrificio plurium voluntate minime satisfactorum. Eorum vero mentem, qui pro sacrificio obtulerunt, nunquam a sacerdotibus impletum iri declaramus per solam adjunctionem particularum, et commemorationem, quæ in panis præparatione ante missæ sacrificium fieri solet, cum omnino necessaria sit integra concelebratio; nisi de eorundem offerentium voluntate aliter fiat.

préoccuper les Évêques orientaux : « Intelleximus supradictum Patriarcham Antiochenum, eique subjectos Episcopos, vereri ne Missionarii Latini, quos in eorumdem adiutorium et levamen Apostolica Sedes in eas regiones mittere, nec sine gravi incommodo magnisque sumptibus illic sustentare consuevit, utendo facultatibus sibi concessis, eorum jurisdictioni præjudicium inferant, et numerum subditorum immi-
nuant... » Cette Constitution promulguait ensuite différentes mesures propres à dissiper cette crainte ou à prévenir ce danger ; la Constitution *Orientalium dignitas Ecclesiarum* revient sur le même sujet, et ajoute notablement aux mesures anciennes. Elle érige en principe que les missionnaires latins sont envoyés en Orient pour être les auxiliaires des Évêques orientaux et ne doivent porter aucun préjudice à leur juridiction ni diminuer le nombre de leurs sujets. En conséquence, elle cherche à prévenir toute occasion de conflit, en proclamant la nécessité de pouvoirs spéciaux pour absoudre un pénitent de cas réservés à son Ordinaire, la nécessité de lettres testimoniales pour l'admission d'un oriental dans un Ordre ou un Institut de rite latin, et aussi en statuant que les Délégués Apostoliques, à moins d'une faculté toute spéciale, ne seront plus chargés de juger les causes ecclésiastiques quelconques, quand il y aura appel de la sentence d'un Prélat oriental.

Mais nous devons insister tout spécialement sur la défense faite aux Missionnaires latins de conseiller aux orientaux un changement de rite, ou de les aider à l'accomplir. Cette défense n'est pas nouvelle ; nous ne l'avons peut-être pas assez mise en lumière dans notre précédent article. Nous nous sommes contenté de citer un passage de la Constitution *Allate sunt*, très formel il est vrai, mais qui est loin d'être le seul, qui n'est pas même le texte le plus ancien. Voici ce passage : il s'agit de la préférence accordée au rite latin.

Ex quo porro sequitur, haud licere a Latino ritu ad græcum transire; nec illis qui semel a ritu græco vel orientali ad Latinum transierunt, integrum esse ad pristinum ritum græcum reverti.... Nunc autem.... de transitu ab orientali et græco ad latinum, libere affirmari potest transitum hujusmodi non æque ac primum interdicti; *sed tamen nequaquam licere missionario græcum et orientalem, ad catholicæ ecclesiæ unitatem reverti exoptantem, inducere ut proprium ritum dimittat...*

Nous avons eu soin d'ajouter en note que le même principe est formulé dans la Constitution *Etsi pastoralis*, qui concerne les « italo-græci »; mais nous aurions dû citer en première ligne la Constitution *Demandatam*, qui contient des peines contre le missionnaire transgresseur de la défense, en ce qui concerne les grecs Melchites :

Omnibus et singulis Melchitis catholicis græcum ritum servantibus, ad latinum transire deinceps expresse vetamus. Missionariis vero omnibus districte mandamus, sub pœnis etiam infra exprimendis, aliisque arbitrio Nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum a græco ad latinum ritum suadere præsumant, aut etiam cupientibus, inconsulta Apostolica Sede, permittant.

Les peines dont il est question dans ce passage, et que la Constitution *Demandatam* détermine en effet plus loin, sont la privation de la voix active et passive, et l'incapacité du missionnaire coupable à tout grade ou office de son Ordre ou Institut; ces peines sont encourues « ipso facto ». On voit par la Constitution *Orientalium dignitas Ecclesiarum* que le Souverain les maintient, les applique non plus seulement au changement de rite des grecs Melchites, mais au conseil ou à l'aide donnés au passage d'un rite oriental quelconque au rite latin; de plus, il y ajoute la suspense *a divinis*, et la privation de l'office.

III. CHANGEMENTS DE RITE.

Après ce que nous venons de dire, il nous reste peu à insister sur les changements du rite. Nous ne voyons à relever que les points suivants :

1° Il n'est pas inutile de signaler le numéro VII de la Constitution actuelle : « Orientalibus, qui ritum latinum, etiamsi ex Pontificio Rescripto, susceperint, revertere ad pristinum, Apostolica Sede exorata, licebit ». Ce n'est pas là une innovation, puisqu'on maintient la nécessité de l'autorisation du Saint-Siège pour le retour au rite primitif; mais il nous semble que la seule affirmation de la possibilité de ce retour donne la pensée que le Saint-Siège concédera facilement l'autorisation requise.

2° Nous avons eu soin de noter que le Saint-Siège, en ce qui concerne les changements de rite, a toujours reconnu une certaine préférence au rite latin (1); cette préférence subit quelques atteintes. Ainsi, nous avons cité la Constitution *Etsi pastoralis* et plusieurs décrets de la S. Congrégation de la Propagande, qui permettent généralement à une femme de changer de rite pour prendre le rite de son mari, à moins qu'elle ne soit de rite latin; en ce cas, disions-nous, elle ne peut changer de rite sans l'autorisation du Saint-Siège.

Nous aurions pu ajouter que cette disposition avait cependant reçu sous Pie IX quelques adoucissements. Ainsi, le 28 décembre 1842, la S. Congrégation de la Propagande, se prononçant sur une demande des *italo-græci*, avait déclaré d'une manière générale que l'épouse de rite latin d'un catholique grec (comme aussi ses enfants et serviteurs)

(1) Tome xxv, page 508.

pouvaient être autorisés par dispense à suivre et à se conformer aux jeûnes et abstinences du rite grec :

Significandum esse singulis Ordinariis videlicet Panormitano, Montis Regalis et Agrigentino, posse eos ex benignitate Sedis Apostolicæ dispensare tam uxores latinas, si quæ erunt, Græcorum catholicorum in suis diœcesibus existentium, quam etiam earumdem famulos seu inservientes, ut in jejuniis atque abstinentiis sequantur ritualement consuetudinem prædictorum maritorum vel dominorum, quotiescumque ipsi Ordinarii id expedire judicaverint (1).

Mais les *italo-græci* n'avaient pas obtenu davantage, et S. E. le Cardinal Archevêque de Palerme ayant de nouveau présenté la question au Saint-Siège sous une autre forme, Pie IX maintint la règle. Le 11 juin 1847, il répondait par un Bref où il rappelle la Constitution *Etsi pastoralis* de Benoit XIV, la prééminence du rite latin affirmée par ce Pontife, et en conclut à la nécessité de ne rien innover sur la question en cause. Pie IX mentionne d'ailleurs et confirme la faculté de dispenser confiée aux Ordinaires par la réponse de la Propagande en 1842 (2).

Dans son grand désir de favoriser l'union des orientaux, Léon XIII est allé plus loin. Il n'a pas accordé tout ce que demandait l'Archevêque de Palerme en 1847 ; celui-ci réclamait en effet, pour deux époux de rite différent, une égale liberté de suivre le rite qu'ils choisiraient : « ut quando de conjugibus agitur, quorum alter latinum, alter græcum ritum profiteatur, ritus alterutrius sequendi æqua potestas iisdem tribuatur. » Dans le numéro VII de la Constitution *Orientalium dignitas Ecclesiarum*, Léon XIII ne concède pas

(1) *Jur. Pontif. de Prop. Fide*, Part. 1, vol. VI, pag. 30, in nota.

(2) Pie IX, *Plura sapienter* (*Ibid.*, pag. 29).


une liberté aussi complète; mais il statue que, en toute hypothèse, la femme peut toujours suivre le rite de son mari, et que désormais l'autorisation du Saint-Siège ne sera pas plus nécessaire pour la femme de rite latin que pour celle de rite oriental; et cette réponse est applicable à tous les rites orientaux.

3° A noter aussi que, d'après ce même numéro, les femmes qui ont adopté le rite de leur mari, peuvent, après la mort de celui-ci, revenir à leur premier rite sans aucune autorisation.

IV. MÉLANGE DES RITES.

Bornons-nous à rappeler le décret récent de la Propagande permettant au catholique de n'importe quel rite, qui n'a pas, dans le lieu où il se trouve, d'église ou de prêtre de ce rite, de faire même des communions de dévotion d'après le rite de l'église du lieu (1). Cette facilité est étendue maintenant à ceux qui se trouvent trop éloignés de l'église de leur rite pour pouvoir y aller sans grave inconvénient, au jugement de leur Ordinaire.

(1) *Ibid.*, page 510.



LETTRE ENCYCLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

QUA INSTITUTUM A PROPAGATIONE FIDEI
FOVETUR ET COMMENDATUR.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et Communionem cum Apostolica Sede habentibus.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Christi nomen et regnum in gentibus quotidie latius proferre, atque devios discordesque invitare ad Ecclesiæ sinum et revocare, hoc nimirum, quemadmodum sentit animus sanctum in primis esse officium muneris supremi quod gerimus, ita jamdiu est curis Nostris studiisque, apostolica urgente caritate, propositum. Hanc Nos ob causam sacras tueri ac multiplicare expeditiones, quarum potissimum ope christianæ sapientiæ lumen ad errantes diffunditur, ad easque sustentandas auxilia in catholicis

populis corrogata submittere, nulla unquam ratione cessavimus. Fecimus id præsertim, datis anno pontificatus tertio encyclicis litteris *Sancta Dei Civitas*, eo consilio ut præclaro Instituto *a Propagatione Fidei* ampliorem catholicorum quum pietatem tum liberalitatem conciliarem. Tunc persequi hortando libuit, quam ipsum modicis initiis ingressum ad quantam amplitudinem brevi tempore provenisset; quibus vel laudum testimoniis vel Indulgentiæ muneribus Decessores Nostri illustres, Pius VII, Leo XII, Pius VIII, Gregorius XVI, Pius IX, idem ornassent; quam multum ex eo adjumenti sacris per orbem terrarum Missionibus allatum jam esset et quam uberiora forent deinde expectanda. Neque exiguus, Dei beneficio, respondit hortationi fructus; quum sane, Episcoporum navitati et instantiæ obsequente largitate fidelium, benemerentissimum opus hisce etiam proximis annis amplificatum videamus. — At nova jam subest graviorque necessitas, quæ effusiores in hanc rem spiritus manusque catholicæ caritatis desideret, vestramque acuat, Venerabiles Fratres, sollertiam.

Nam, quod probe nostis, per apostolicam epistolam *Præclara*, junio superiore editam, visum est Nobis Dei providentis servire consiliis, vocando et incitando gentes quæ ubique sunt ad fidei christianæ unitatem; illud tamquam summum votorum optantibus, ut aliquanto per Nos maturetur promissum divinitus tempus, quo *fiet unum ovile et unus Pastor*. — Singularibus autem curis interea spectare Nos ad Orientem ejusque Ecclesias, multis nominibus insignes et venerandas, ex ipsis nuperrime intellexistis litteris apostolicis, quas perscripsimus de disciplina Orientalium conservanda et tuenda. Inde etiam satis compertæ sunt vobis institutæ rationes, quas, collatis diligenter consiliis cum Patriarchis earum gentium, exploravimus, aptius ad exitum profuturas. Neque tamen diffitemur, hanc omnem causam difficultatibus implicari magnis: quibus eluctandis si quidem impar est virtus Nostra, totam nihilominus fiduciæ constantiæque vim, in quo maxime oportet, sitam habemus magno animo in Deo. Qui enim rei mentem Nobis et initia providus dedit, vires ipse opem-

que ad perficiendum summa cum benignitate certe sufficiet : atque hoc est quod enixis precibus ab ipso implorare contendimus, idemque ut fideles omnes implorent vehementer hortamur. Divinis vero, quæ fidenter expetimus, adjumentis quum humana prorsus accedere sit necesse, eis idcirco quærendis et suppeditandis, quæcumque videantur ad id quo spectamus conducibilia, peculiare quædam curas æquum est a Nobis impendi.

Namque ut Orientalibus, quotquot discessere, ad unicam Ecclesiam reditus muniatur, videtis, Venerabiles Fratres, opus esse in primis parari ex eis ipsis idoneam sacrorum ministrorum copiam, qui doctrina et pietate abundantes, ceteris optatæ unitatis consilia suadeant; catholicæ insuper sapientiæ vitæque institutionem quam maxime evulgandam esse, atque ita imperitiendam, ut proprio nationis ingenio accommodatius conveniat. Quare providendum, ut sacræ educandæ juventuti, ubicumque expediât, pateant instructæ congruenter domus; ut plura numero præsto sint gymnasia, alia alibi pro locorum frequentia; ut sua cujusque ritus cum dignitate exercendi præbeatur facultas; ut optimis edendis scriptis manare ad omnes germana religionis notitia possit. Ista et similia efficere quantæ sit impensæ futurum, vosmet facile intelligitis; simul intelligitis, tam multis rebus et magnis non posse Orientales Ecclesias omnino per se ipsas occurrere, nec posse tamen a Nobis, his rerum angustiis, quam vellemus opem conferri. — Restat ut apta subsidia præcipue opportuneque ex eo petantur, quod modo laudavimus, Instituto; cujus quidem propositum cum illo plane cohæret quod Ipsi nunc animo destinamus. At simul vero, ne apostolicæ Missiones, derivatis partim in alienum usum quibus aluntur præsiidiis, quidquam accepturæ sint detrimenti, magnopere instandum est, ut eo largius catholicorum in ipsum influat liberalitas. — Similem autem cautionem rectum est adhiberi, quod attinet ad affine et perutile Institutum *a Scholis Orientis*, alias auctum commendatione Nostra; præsertim quum, moderatoribus ejus aperte pollicitis, paratum similiter sit, de stipe

a se cogenda, Nobis, quantum copiosius licuerit, in idem subministrare.

Id est igitur, Venerabiles Fratres, in quo vestra singulariter officia exposcimus : neque dubitamus quin vos, qui Nobiscum religionis et Ecclesiæ causam sustinere et provehere modis omnibus assidue studetis, egregiam Nobis sitis operam navaturi. Efficite sedulo ut in fidelibus curæ vestræ commissis ipsa a *Propagatione Fidei* Consociatio, quanta maxima possit, capiat incrementa. Pro certo enim habemus fore, ut multo plures dent ei libenter nomen et largam pro facultate conferant stipem, si per vos plane perspexerint quæ sit ejusdem præstantia et quam dives spiritualium honorum copia, quantaque inde rei christianæ emolumenta sint in præsens optimo jure speranda. Id certe homines catholicos debet movere penitus, quum noverint nihil se posse Nobis facere tam gratum, neque sibi Ecclesiæque tam salutare, quam sic votis obsecundare Nostris, uti tribuere studiose certent unde ea, quæ Orientalium bono Ecclesiarum constituimus, re ipsa convenienter feliciterque præstemus. At Deus, cujus unice agitur gloria in christiani nominis amplificatione et in sancta ejusdem fidei ac regiminis conjunctione, Nostris benignissimus adspiret desideriis, faveat cœptis : ejus autem lectissimorum munerum auspiciem, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die xxiv decembris anno mccccxciv, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

Au texte de cette encyclique nous croyons devoir ajouter la Lettre spéciale du 15 novembre 1894, adressée par Sa Sainteté aux Présidents des deux Comités de l'Œuvre de la Propagation de la Foi et confiée à S. E. le Cardinal Langénieux, Légat du Saint-Siège. Léon XIII y exposait ses projets pour la restauration et l'union des Églises orientales,

et annonçait la publication d'une Encyclique ayant pour but de recommander l'Œuvre si excellente de la Propagation de la Foi et d'augmenter ses ressources en vue d'obtenir, sans nuire aux autres missions, des subsides plus considérables pour les fondations projetées en Orient. Espérons que le monde catholique tout entier comprendra cet appel pressant du Saint-Père et l'aidera généreusement dans l'accomplissement de ses grandes et fécondes pensées.

*A Nos très chers Fils, les Présidents des Comités
de l'Œuvre de la Propagation de la Foi, à Lyon et à Paris.*

Très chers Fils,


Vous nous avez donné trop souvent des preuves de votre dévouement à la sainte Eglise et d'attachement à notre personne, pour que nous ne saisissons pas avec bonheur toutes les occasions de vous exprimer nos sentiments affectueux et notre paternelle gratitude. Il Nous est doux aujourd'hui de vous témoigner, une fois de plus, toute notre confiance; car la conviction où Nous sommes que votre zèle ne recule devant aucun labeur, lorsqu'il s'agit de seconder l'action apostolique du Saint-Siège pour étendre sur la terre le règne de Jésus-Christ, Nous a inspiré le dessein de vous associer à l'Œuvre qui Nous est particulièrement chère, de la régénération des chrétientés orientales. Des événements que vous savez ont appelé notre sollicitude sur ces vénérables Eglises depuis si longtemps affaiblies par le malheur; et voici qu'un ensemble de circonstances providentielles Nous permet de les relever de leurs épreuves pour les mettre à même d'exercer, au milieu des nations dissidentes de l'Orient, un apostolat utile et fécond. Une pareille entreprise exige, vous le concevez bien, des fondations multiples de séminaires indigènes pour la formation du clergé, d'églises, d'écoles, de monastères et d'institutions de tout genre. Aussi, comme le divin vigneron de l'Évangile, qui, à l'époque des grands travaux,

s'en allait recruter des ouvriers pour sa vigne, Nous cherchons des auxiliaires, et Nous aimons, chers Fils, à vous compter parmi les meilleurs.

L'Eminentissime Cardinal Langénieux, Archevêque de Reims, qui fut Notre Légat l'an passé, à Jérusalem, vous fera connaître sous quelle forme et dans quelle mesure vous pouvez être appelés à Nous prêter votre concours. Mais c'est Notre volonté que la charge nouvelle que Nous vous prions d'assumer, ne nuise en aucune façon aux missions catholiques dont vous êtes la providence. Aussi, Nous Nous proposons de recommander solennellement aux fidèles du monde entier l'Œuvre de la *Propagation de la Foi*, afin de lui permettre de répondre à Notre désir en ce qui concerne l'Orient, sans avoir à restreindre son heureuse influence dans le reste de l'univers. En attendant, très chers Fils, et comme gage des bénédictions divines, Nous vous accordons affectueusement dans le Seigneur, à vous et à vos zélés collaborateurs, la bénédiction apostolique.

Du Vatican, le 15 novembre 1894.

LÉON PP. XIII.



LETTRE DE SA SAINTETÉ

AUX

ARCHEVÊQUES ET ÉVÊQUES DES ÉTATS-UNIS.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS CIVITATUM.



*Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis
Fæderatarum Americæ septentrionalis civitatum*

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Longinqua oceani spatia animo et cogitatione trajicimus : et quamquam vos allocuti alias scribendo sumus, maxime quoties ad Episcopos catholici orbis communes litteras pro auctoritate dedimus, modo tamen affari vos separatim decrevimus, hoc videlicet consilio ut prodesse aliquid catholico nomini apud vos, Deo volente, possimus. Idque summo studio curaque aggredimur : propterea quod et plurimi facimus et magnopere diligimus americanum, validum juventa, genus : in quo plane non civilis

tantummodo, sed christianæ etiam rei cernimus animo incrementa latentia.

Exitum quarti ab explorata America sæculi cum tota gens vestra haud multo ante grata recordatione atque omni significatione, ut erat dignum, concelebraret, Nos item auspiciatissimi facti memoriam vobiscum recolimus communionem lætitiæ et similitudine voluntatis. In illoque tempore vota quidem pro incolumitate et magnitudine vestra absentes fecisse, haud satis habuimus : in optatis erat coram, aliqua ratione, vobis adesse gestientibus : ob eam rem libentes, qui gereret personam Nostram, misimus.

Quæ vero in illa celebritate vestra fecimus, non injuria fecimus : quia americanum genus, vix editum in lucem ac prope vagiens in cunis, sinu amplexuque suo Ecclesia parens excepit. Quod enim alias data opera demonstravimus, navigationum laborumque hunc in primis fructum Columbus petiit, aditum christiano nomini per novas terras novaque maria patefacere : qua in cogitatione constanter inhærens, quibuscumque appulsus oris, nihil habebat antiquius, quam ut Crucis sacrosanctæ simulacrum defigeret in littore. Quapropter sicut arca Noetica, exundantes supergressa fluctus, semen vehebat Israelitarum cum reliquiis generis humani, eodem modo commissæ oceano Columbianæ rates et principium magnarum civitatum et primordia catholici nominis transmarinis oris invexere.

Quæ postea consecuta sunt, non est hujus loci singula persequi. Certe repertis ab homine Ligure gentibus, etiam tum agrestibus, evangelium maturime illuxit. Satis enim est cognitum quot e Franciscana familia, item ex Dominicana et Loiolæa, duobus continentibus sæculis, istuc navigare hujus rei gratia consueverint, ut deductas ex Europa colonias excolerent, sed in primis et maxime ut ad christiana sacra indigenas ex superstitione traducerent, consecratis non semel cruento testimonio laboribus. Nova ipsa oppidis vestris compluribus et fluminibus et montibus et lacubus imposita nomina docent perspicueque testantur, Ecclesiæ catholicæ vestigiis vestras penitus impressas

origines. — Neque illud fortasse sine aliquo divinæ providentiæ consilio factum, quod heic commemoramus : cum americanæ coloniæ libertatem ac principatum, adjuvantibus hominibus catholicis, adeptæ, in rempublicam coaluere jure fundatam, tunc apud vos est ecclesiastica hierarchia rite constituta : et quo tempore magnum Washingtonum ad gubernacula reipublicæ admovit populare suffragium, eodem pariter tempore auctoritate apostolica primus est Americanæ Ecclesiæ episcopus præpositus. Amicitia vero consuetudoque familiaris, quam alteri cum altero constat intercessisse, documento videtur esse, fœderatas istas civitates concordia amicitiaque conjunctas esse Ecclesiæ catholicæ oportere. Neque id sane sine causa. Non enim potest nisi moribus bonis stare res publica ; idque acute vidit edixitque primarius ille civis vester, quem modo nominavimus, in quo tanta fuit vis ingenii prudentiæque civilis. Sed mores bonos optime et maxime continet religio, quippe quæ suapte natura principia cuncta custodit ac vindicat ex quibus officia ducuntur, propositisque ad agendum momentis maximis, jubet cum virtute vivere, peccare vetat. Quid autem est Ecclesia aliud, nisi societas legitima, voluntate jussuque Jesu Christi conservandæ morum sanctitati tuendæque religioni condita ? Hanc ob rem, quod sæpe ex hoc pontificatus fastigio persuadere conati sumus, Ecclesia quidem, quamquam per se et natura sua salutem spectat animorum, adipiscendamque in cælis felicitatem, tamen in ipso etiam rerum mortalium genere tot ac tantas ultro parit utilitates, ut plures majoresve non posset, si in primis et maxime esset ad tuendam hujus vitæ, quæ in terris degitur, prosperitatem instituta.

Progredientem rem publicam vestram atque in meliorem statum volucris itinere venientem, nemo non vidit : idque in iis etiam rebus quæ religionem attingunt. Nam quemadmodum ingenti commodorum potentiæque accessione, unius conversione sæculi, crevere civitates, ita Ecclesiam cernimus ex minima tenuissimaque magnam perceleriter effectam et egregie florentem. Jamvero si ex una parte auctæ opes copiæque civitatum

merito americani generis ingenio atque operosæ sedulitati referuntur acceptæ : ex altera florens rei catholicæ conditio primum quidem virtuti, sollertiæ, prudentiæque tribuenda Episcoporum et Cleri : deinde vero fidei munificentiaque catholicorum. Ita singulis ordinibus pro virili parte adnitentibus, licuit vobis res innumerabiles pie atque utiliter instituere ; ædes sacras, ludos litterarios pueris instituendis, domicilia majorum disciplinarum, domos hospitales plebi excipiundæ, valetudinaria, cœnobîa. Quod vero propius ad culturam attinet animarum, quæ christianarum exercitatione virtutum continetur, plura Nobis comperta sunt, quibus et spe erigimur et gaudio complemur : scilicet augeri gradatim utriusque ordinis Clericos : in honore esse pia collegia sodalium, vigere scholas *curiales catholicas*, scholas *dominicas* doctrinæ christianæ tradendæ, scholas *cestivas* ; consociationes ad suppetias mutuo ferendas, ad inopiam levandam, ad victus temperantiam tuendam : his accedere multa pietatis popularis argumenta.

Harum felicitati rerum non est dubium plurimum jussa ac decreta conducere Synodorum vestrarum, earum maxime, quas posteriore tempore Sedis Apostolicæ vocavit et sanxit auctoritas. Sed præterea, libet enim id fateri quod est, sua debetur gratia æquitati legum, quibus America vivit, moribusque bene constitutæ rei publicæ. Hoc enim Ecclesiæ apud vos concessum est, non repugnante temperatione civitatis, ut nullis legum præpedita vinclis, contra vim defensa jure communi justitiaque judiciorum, tutam obtineat vivendi agendique sine offensione facultatem. Sed quamquam hæc vera sunt, tamen error tollendus, ne quis hinc sequi existimet, petendum ab America exemplum optimi Ecclesiæ status : aut universe licere vel expedire, rei civilis rei que sacræ distractas esse dissociatasque, more americano, rationes. Quod enim incolumis apud vos res est catholica, quod prosperis etiam auctibus crescit, id omnino fecunditati tribuendum, qua divinitus pollet Ecclesia, quæque si nullus adversetur, si nulla res impedimento sit, se sponte effert atque effundit ; longe tamen uberiores editura fructus, si, præter liber-

tatem, gratia legum fruatur patrociniisque publicæ potestatis. Nos vero, quoad per tempora licuit, conservare ac fundare firmiter rem catholicam apud vos, numquam prætermisimus. — Hac de causa duas potissimum res, quod probe nostis, aggressi sumus : alteram, provehere studia doctrinarum : alteram, rei catholicæ efficere administrationem pleniorum. Scilicet etsi universitatis studiorum domicilia plura numerabantur, eaque insignia, faciendum tamen duximus, ut unum aliquod existeret Sedis Apostolicæ auctoritate institutum, idemque omni jure legitimo a Nobis auctum : in quo doctores catholici studiosos sciendi erudirent, principio quidem philosophicis ac theologicis, deinde vero, ubi res et tempora siverint, ceteris quoque disciplinis, iis nominatim quas nostra aut peperit aut perfecit ætas. Omnis enim eruditio manca sit, si nulla recentiorum disciplinarum accesserit cognitio. Videlicet in hoc tam celeri ingeniorum cursu, in tanta cupiditate sciendi tam late fusa, eademque per se laudabili atque honesta, antea decet catholicos homines, non subsequi : ideoque instruant se oportet ab omni elegantia doctrinæ, acriterque exerceant animum in exploratione veri, et totius, quoad potest, indagatione naturæ. Quod omni tempore idem Ecclesia voluit : ob eamque rem ad proferendos scientiarum fines omnino tantum conferre consuevit, quantum opera et contentione potuit. Igitur per litteras die VII Martii an. MDCCCLXXXIX ad vos, Venerabiles Fratres, datas Gymnasium magnum cupidæ majorum disciplinarum juventuti rite constituimus Washingtoni, in urbe principe; quam quidem peropportunam fore sedem studiis optimis, vosmetipsi maximo numero significastis. De qua re ad venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales cum referremus in Consistorio (1), velle Nos declaravimus, legis instar eo in gymnasium haberi, ut eruditio et doctrina jungatur cum incolumitate fidei, neque minus ad religionem quam ad artes optimas informetur adolescentes. Idcirco rectæ studiorum rationi, ac disciplinæ alumnorum tuendæ præesse jussimus læde-

(1) Die xxx Decembr. an. MDCCCLXXXIX.

ratarum civitatum Episcopos, collata Archiepiscopo Baltimorensi Cancellarii, ut loquuntur, potestate ac munere. — Et initia quidem, Dei beneficio, satis læta. Nulla enim interjecta mora, cum sæcularia solemnia ob memoriam ecclesiasticæ Hierarchiæ ageretis, exorsæ faustis ominibus, præsentè Legato Nostro, sacræ disciplinæ. Ex eoque tempore elaborare novimus in tradenda theologia spectatos viros, quorum ingenii doctrinæque laus insigni erga Sedem Apostolicam fide observantiaque cumulatur. Neque vero diu est, cum rescivimus, pii sacerdotis liberalitate extractas ab incohato ædes scientiis litterisque tradendis, clericorum simul et laicorum commodo adolescentium. E cujus viri exemplo facile confidimus sumpturos, quod imitentur, cives : non enim ignota Nobis indoles Americanorum ; neque fugere eos potest, quidquid in ea re collocetur liberalitatis, cum maximis in commune utilitatibus compensari.

Ex hujusmodi Lyceis, quæ variis temporibus Ecclesia romana aut ipsamet princeps instituit, aut instituta probavit legibusque auxit, nemo est nescius quanta in omnem Europam et doctrinæ copias et vis humanitatis effluerit. Hodieque, ut sileamus de ceteris, satis est Lovaniense meminisse : ex quo universa Belgarum gens incrementa petit prosperitatis et gloriæ prope quotidiana. Jamvero par ac similis copia utilitatum facile est a magno Lyceo Washingtoniensi consecutura, si doctores pariter atque alumni, quod minime dubitamus, præceptis Nostris paruerint, iidemque, amotis partium studiis et contentionibus, opinionem sibi a populo, a Clero conciliarint.

Caritati vestræ, Venerabiles Fratres, ac beneficentiæ populari commendatum hoc loco volumus Collegium urbanum adolescentibus ex America septentrionali ad sacra fingendis, quod Pius IX decessor Noster condidit, quodque ipsum Nos, per litteras die xxv Octobri mense an. MDCCCLXXXIV datas, constitutione legitima firmandum curavimus : eo vel maxime quod communem de ipso expectationem haud sane fefellit exitus. Testes estis vosmetipsi, non longo temporis decursu, complures inde extitisse sacerdotes bonos, in iisque nec deesse qui maximos sacræ digni-

tatis gradus virtute adepti doctrinaque sint. Quare vos omnino arbitramur facturos operæ pretium, si perrexeritis lectos adolescentes huc mittere in spem Ecclesiæ instituendos : quas enim et ingenii opes et animi virtutes in romana urbe paraverint, eas aliquando explicabunt domi, atque in communem afferent utilitatem.

Simili modo vel inde a Pontificatus exordio caritate permoti, qua catholicos e gente vestra complectimur, de Concilio Baltimorensi III cogitare cœpimus. Cumque serius Archiepiscopi, ejus rei causa, Romam invitatu Nostro istinc advenissent, diligenter ab ipsis, quid in commune consulendum censerent, exquisivimus : postremo quod universis Baltimoram convocatis visum est decernere, id matura consideratione adhibita, ratum esse auctoritate apostolica jussimus. Celeriter autem apparuit operæ fructus. Quandoquidem Baltimorensia consulta, salutaria et valde accommodata temporibus res ipsa comprobavit, comprobat. Satis jam eorum perspecta vis est ad stabiliendam disciplinam, ad excitandam Cleri solertiam ac vigilantiam, ad catholicam adolescentis ætatis institutionem tuendam et propagandam. — Quamquam his in rebus si vestram, Venerabiles Fratres, agnoscimus industriam, si collaudamus junctam cum prudentia constantiam, merito vestro facimus : propterea quod plane intelligimus, talium ubertatem bonorum nequaquam ad maturitatem tam celeriter atque expedite perventuram fuisse, si vosmetipsi, quæ sapienter ad Baltimoram statueratis, ea non sedulo et fideliter exsequi, quantum in sua quisque potestate erat, studuissetis.

Verum absoluto Baltimorensi concilio, reliqua pars erat ut congruens et conveniens quasi fastigium imponeretur operi, quod impetrari vidimus vix posse melius, quam si Apostolica Sedes legationem americanam rite constituisset : eam itaque, ut nostis, rite constituimus. Atque hoc facto, quemadmodum alias docuimus, primum quidem testari placuit, in judicio benevolentiaque Nostra eodem Americam loco et jure esse, quo ceteræ sunt, præsertim magnæ atque imperiosæ, civitates.

Deinde illud quoque spectavimus, ut officiorum et necessitudinum, quæ vos, quæ tot hominum millia catholicorum cum Apostolica Sede continent, fierent conjunctiora nexa. Revera multitudo catholicorum rem a Nobis peractam intellexit, quam sicut salutem sibi sentiebat fore, ita præterea in more positam institutoque Sedis Apostolicæ cognoverat. Videlicet romani Pontifices, ob hanc causam quod rei christianæ administrandæ divinitus tenent principatum; suos peregre legatos ad gentes populosque christianos mittere vel ab ultima antiquitate consueverunt. Id autem non extrinsecus quæsito, sed nativo jure suo, quia « romanus Pontifex, cui contulit Christus potestatem » ordinariam et immediatam sive in omnes ac singulas Ecclesias, » sive in omnes et singulos Pastores et fideles (1), cum personarum » liter singulas regiones circuire non possit, nec circa gregem » sibi creditum curam pastoralis sollicitudinis exercere, necesse » habet interdum *ex debito impositæ servitutis*, suos ad diversas » mundi partes, prout necessitates emergerint, destinare legatos, qui *vices ejus supplendo*, errata corrigant, aspera in » plana convertant et commissis sibi populis salutis incrementa » ministrent (2). »

Illam vero quam injusta et falsa suspicio, si qua foret uspiam, demandatam Legato potestatem potestati officere episcoporum. Sancta Nobis, ut nulli magis, eorum jura sunt, quos *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*, eaque permanere integra in omni gente, atque in omni regione terrarum et volumus et velle debemus : præsertim quod singulorum dignitas Episcoporum cum dignitate romani pontificis ita natura contextitur, ut alteri necessario consulat, qui alteram tueatur. *Meus honor est honor universalis Ecclesiæ. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum cum singulis quibusque honor debitus non negatur* (3). Quare Legati

(1) Conc. Vatic., Sess. iv, c. 3.

(2) Cap. un. Extravag. Comm. *De Consuet.* l. 1.

(3) S. Gregorius, Epist. ad Eulog. Alex., lib. viii, ep. 30.

Apostolici, qualicumque demum potestate augeatur, cum hæc persona atque hæ partes sint, Pontificis a quo mittitur, mandata facere et voluntatem interpretari, tantum abest ut ordinariæ potestati Episcoporum quicquam pariat detrimenti, ut potius firmamentum ac robur sit allaturus. Ejus quippe auctoritas non parum est habitura ponderis ad conservandam in multitudine obedientiam, in Clero disciplinam debitamque Episcopis verecundiam, in Episcopis caritatem mutuam cum intima animorum conjunctione. — Quæ quidem tam salutaris tamque expetenda conjunctio, cum in hoc potissimum sita sit et sentire concorditer et agere, plane efficiet, ut quisque vestrum in administratione rei diœcesanæ suæ diligenter versari pergat : nemo alterum in regundo impediatur : de alterius consiliis actisque nemo quærat : universique, sublatis dissidiis retinendaque invicem observantia, provehere Ecclesiæ americanæ decus et commune bonum summa virium conspiratione nitamini. Ex qua Episcoporum concordia dici vix potest quanta non modo salus in nostros manabit, sed et in reliquos vis exempli : quippe qui facile vel hoc ipso argumento perspicient in Episcoporum catholicorum ordinem vere divinum apostolatam hereditate transisse. — Est præterea aliud magnopere considerandum. Consentiant prudentes viri, quod Nosmetipsi paulo ante indicavimus, nec sane inviti, reservatam ad majora Americam videri. Atqui hujus, quæ prospicitur, magnitudinis participem eandemque adjutricem Ecclesiam catholicam volumus. Nimirum jus esse atque oportere judicamus, eam una cum republica pleno gradu ad meliora contendere, utendis videlicet opportunitatibus, quas afferat dies : eodemque tempore dare operam, ut virtute institutisque suis prosit quam maxime potest incrementis civitatum. Sed omnino utrumque est tanto facilius cumulatusque consecutura, quanto constitutam melius futura tempora offenderint. Jamvero quid sibi vult legatio, de qua loquimur, aut quid spectat tamquam finem nisi hoc efficere, ut Ecclesiæ sit constitutio firmior, disciplina munitior?

Quod ita cum sit, valde velimus hoc in animos catholicorum

quotidie altius descendat, nec sibi privatim consulere se posse rectius, nec de salutem communi melius mereri, quam si Ecclesiæ subesse atque obtemperare toto animo perrexerint.

Quamquam hac illi in re vix indigent hortatione : solent enim sua sponte et laudabili constantia ad instituta catholica adhærescere. Rem unam eamque maximi momenti et saluberrimam in omnes partes libet recordari hoc loco, quæ fide moribusque sanctæ apud vos, uti æquum est, generatim retinetur : dogma christianum dicimus de unitate et perpetuitate conjugii : in quo non societati dumtaxat domesticæ, sed etiam conjunctioni hominum civili maximum suppeditat vinculum incolumitatis. De civibus vestris, de iis ipsis qui nobiscum cetera dissident, catholicam hac de re doctrinam catholicumque morem non pauci mirantur ac probant, videlicet perterriti licentia divortiorum. Quod cum ita judicant, non minus caritate patriæ ducuntur, quam sapientia consilii. Vix enim cogitari potest capitalior civitati pestis, quam velle, dirimi posse vinculum, divina lege perpetuum atque individuum. Divortiorum « causa » fiunt maritalia fœdera mutabilia : extenuatur mutua benevolentia : infidelitati pernicioso incitamenta suppeditantur : » tuitioni atque institutioni liberorum nocetur : dissuendis » societatibus domesticis præbetur occasio : discordiarum inter » familias semina sparguntur ; minuitur ac deprimitur dignitas » mulierum, quæ in periculum veniunt ne, cum libidini virorum » inservierint, pro derelictis habeantur. Et quoniam ad perden- » das familias, frangendasque regnorum opes nihil tam valet » quam corruptela morum, facile perspicitur prosperitati fami- » liarum ac civitatum maxime inimica esse divortia (1). »

De rerum genere civili, compertum est atque exploratum, in re publica præsertim populari, cujusmodi vestra est, quanti referat probos esse ac bene moratos cives. In libera civitate, nisi justitia vulgo colatur, nisi sæpius ac diligenter ad evangelicarum præcepta legum multitudo revocetur, potest ipsa esse

(1) *Enc. Arcanum.*

perniciosa libertas. Quotquot igitur ex ordine Cleri in erudienda multitudine elaborant, hunc locum de officiis civium enucleate pertractent, ut id persuasum penitusque comprehensum animo habeant universi, in omni munere vitæ civilis fidem præstari, abstinentiam, integritatem oportere : quod enim privatis in rebus non licet, id nec in publicis licere. De hoc genere toto in ipsis encyclicis litteris, quas in Pontificatu maximo subinde conscripsimus, complura, ut nostis, præsto sunt, quæ sequantur et quibus pareant catholici. Libertatem humanam, præcipua christianorum officia, principatum civilem, civitatum constitutionem christianam scribendo edisserendoque attigimus, depromptis cum ex evangelica doctrinâ, tum ex ratione principiis. Qui igitur esse cives prohi volunt et in officiis suis cum fide versari, facile sumant ex litteris Nostris formam honestatis. — Simili modo insistant sacerdotes Concilii Baltimorensis III statuta ad populum meminisse : ea maxime quæ de virtute temperantiæ sunt, de catholica adolescentium institutione, de frequenti sacramentorum usu, de obtemperacione justis legibus institutisque reipublicæ.

De ineundis quoque societatibus, diligentissime videndum ne quis errore fallatur. Atque hoc intelligi nominatim de opificibus volumus : quibus profecto coire in sodalitia, utilitatum sibi comparandarum gratia, jus est, libente Ecclesia, nec repugnante natura : sed vehementer interest, quibuscum sese jungant, ne ubi rerum meliorum adjumenta requirunt, ibi in discrimen vocentur bonorum multo maximorum. Hujus discriminis maxima cautio est ut secum ipsi statuam, numquam commissuros ut ullo tempore ullave in re justitia deseratur. Si qua igitur societas est, quæ a personis regatur non recti tenacibus, non religioni amicis, eisque obnoxie pareat, obesse plurimum publice et privatim potest, prodesse non potest. Maneat ergo, quod consequens est, non modo fugere consociationes oportere, Ecclesiæ judicio aperte damnatas, sed eas etiam, quæ prudentium virorum maximeque Episcoporum sententia, suspectæ periculosæque habeantur.

Imo vero, quod est valde ad fidei incolumitatem conducibile,

malle catholici debent cum catholicis congregari, nisi fieri secus coegerit necessitas. Sibi vero inter se societate conglobatis præesse sacerdotes aut laicos probos atque auctoritate graves jubeant : iisque consilio præeuntibus, consulere ac perficere pacate nitantur quod expedire rationibus suis videatur, ad normam potissimum præceptorum, quæ Nos litteris encyclicis *Rerum novarum* consignavimus. Hoc vero numquam sibi patiantur excidere, vindicari et in tuto poni jura multitudinis rectum esse atque optabile, verumtamen non prætermittendis officiis. Officia vero permagna ea esse, aliena non tangere ; singulos esse sinere ad suas res liberos ; quominus operam suam collocare queat ubi libet et quando libet, prohibere neminem. Quæ per vim et turbas facta superiore anno vidistis in patria, satis admonent americanis etiam rebus audaciam immanitatemque perduellium imminere. Ipsa igitur tempora catholicos jubent pro tranquillitate contendere rerum communium, ideoque observare leges, abhorrere a vi, nec plura petere quam vel æquitas vel justitia patiatur.

Has ad res multum sane conferre operæ possunt, qui se ad scribendum contulere, maxime quorum in commentariis quotidianis insumitur labor. Haud latet Nos, multos jam in hac palæstra desudare bene exercitatos, quorum laudanda magis est, quam excitanda industria. Verumtamen legendi noscendique cupiditas cum tam vehemens sit apud vos ac tam late pertineat, cumque bonorum juxta ac malorum maximum possit esse principium, omni ope enitendum, ut eorum numerus augeatur, qui scribendi munus scienter atque animo optimo gerant, religione duce, probitate comite. Atque id eo magis apparet in America necessarium propter consuetudinem usumque catholicorum cum alienis catholico nomine : quæ certe causa est quamobrem nostris summa animi provisione constantiaque singulari sit opus. Erudiri eos necesse est, admoneri, confirmari animo, incitari ad studia virtutum, ad officia erga Ecclesiam, in tantis offensionum causis, fideliter servanda. Ista quidem curare atque in istis elaborare, munus est Cleri proprium idemque permagnum : sed



tamen a scriptoribus ephemeridum et locus et tempus postulat, idem ut ipsi contentur, eademque pro causa, quoad possunt, contendant. Serio tamen considerent, scribendi operam, si minus obfuturam, parum certe religioni profuturam, deficiente animorum idem petentium concordia. Qui Ecclesiæ servire utiliter, qui catholicum nomen ex animo tueri scribendo expetunt, summo consensu, ac prope contractis copiis oportet dimicare : ut plane non tam repellere, quam inferre bellum, si qui vires discordia dissipant, videantur. — Non absimili ratione operam suam ex frugifera et fructuosa in vitiosam calamitosamque scriptores convertunt, quotiescumque consilia vel acta Episcoporum ad suum revocare iudicium ausint, abjectaque verecundia debita, carpere, reprehendere : ex quo non cernunt quanta perturbatio ordinis, quot mala gignantur. Ergo meminerint officii, ac justos modestiæ fines ne transilient. In excelso auctoritatis gradu collocatis obtemperandum Episcopis est, et conveniens consentaneusque magnitudini ac sanctitati muneris habendus honos. Istam vero reverentiam, « quam prætermittere

- licet nemini, maxime et catholicis ephemeridum auctoribus,
- luculentam esse et velut expositam ad exemplum necesse est.
- Ephemerides enim ad longe lateque pervagandum natæ, in
- obvii cujusque manus quotidie veniunt, et in opinionibus
- moribusque multitudinis non parum possunt (1). »

Multa multis locis Nosmetipsi de officio scriptoris boni præcepimus : multa item et a Concilio Baltimorensi III, et ab Archiepiscopis qui Chigagum anno MDCCCLXXXIII convenerant, de communi sententia sunt renovata. Hujusmodi igitur documenta et Nostra et vestra habeant notata animo catholici, atque ita statuunt, universam scribendi rationem eisdem dirigi oportere, si probe fungi officio volunt, ut velle debent.

Ad reliquos jam cogitatio convertitur, qui nobiscum de fide christiana dissentiunt : quorum non paucos quis neget hereditate

(1) Ep. *Cognita Nobis* ad Archiepp. et Epp. Provinciarum Taurinen. Mediolanen. Vercellen. xxv jan. an. MDCCCLXXXII.

magis, quam voluntate dissentire? Ut simus de eorum salute solliciti, quo animi ardore velimus ut in Ecclesiæ complexum, communis omnium matris, aliquando restituantur, Epistola Nostra Apostolica *Præclara* novissimo tempore declaravit. Nec sana destituimur omni spe : is enim præsens respicit, cui parent omnia, quique animam posuit ut *filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum* (1). Certe non eos deserere, non relinquere menti suæ debemus, sed lenitate et caritate maxima trahere ad nos, omnibus modis persuadendo, ut inducant animum introspicere in omnes doctrinæ catholicæ partes, præjudicatasque opiniones exuere. Qua in re si Episcoporum Clerique universi primæ sunt partes, secundæ sunt laicorum : quippe quorum in potestate est adjuvare apostolicam Cleri contentionem probitate morum, integritate vitæ. Exempli magna vis est, in iis potissimum qui veritatem ex animo anquirunt, honestumque propter quamdam virtutis indolem consecantur, cujusmodi in civibus vestris numerantur perplures. Christianarum spectaculum virtutum si in obcæcatis inveterata superstitione ethnicis tantum potuit, quantum litterarum monumenta testantur, num in iis, qui sunt christianis initiati sacris, nihil ad evellendum errorem posse censebimus?

Denique nec eos prætermittere silentio possumus, quorum diuturna infelicitas opem a viris apostolicis implorat et exposcit : Indos intelligimus et Nigritas, americanis comprehensos finibus, qui maximam partem nondum superstitionis depulere tenebras. Quantus ad excolendum ager! quanta hominum multitudo partis per Jesum Christum impertienda beneficiis?

Interea cælestium munerum auspicem et benevolentiam Nostræ testem, vobis Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Patrum die VI januarii, Epiphania Domini, an. MCCCXCV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

(1) Jo. XI, 52.

S. CONGREGATIO CONCILII.

DE CLERICIS AD URBEM DEMIGRANTIBUS.

DECRETUM.

Anteactis temporibus non defuerunt apud Apostolicam Sedem Episcoporum querelæ de clericis, qui suam deserentes diœcesim ad Urbem citra necessitatem et justam causam pro lubitu demigrabant : et in singulis casibus, prout ferebat occasio, provisum tunc fuit. At nostra ætate hic abusus invalescere et eo gravior fieri visus est, quo magis in pluribus diœcesibus sacerdotum imminutus est numerus : et idcirco ab Ordinariis non semel postulationes exhibitæ sunt ut eidem prospiceretur. Profecto tum ex veteri Ecclesiæ disciplina, tum præsertim ex præscriptionibus S. Conc. Trid. *cap. 2, sess. 21 et cap. 16, sess. 23, De reform.* ac subsequentibus S. Congregationis resolutionibus, liquet non deesse Episcopis juris remedia quibus hanc clericorum licentiam coerceant. Ob suarum enim ecclesiarum necessitatem Ordinariis perspicue jus est interdicens, ne sacerdotes, quamvis ad patrimonii titulum ordinati, propriam diœcesim deserant, eosque revocandi, quamvis alibi, et adeo etiam in Urbe, per apostolicas litteras residentiale beneficium assequutos, si citra Ordinarii beneplacitum discesserint, eisque præbeatur unde honeste in sua diœcesi vivere possint. Hoc constanti disciplina retinuit S. Congregatio, uti inter alia luculenter patet ex resolutione in causa REATINA diei 26 Januarii 1833 (1).

(1) Le cas jugé dans la cause REATINA citée fut le suivant : « Gaspar Britius e Monte Leone Reatinæ Diœceseos, prima jam initiatus tonsura a suo Antistite, atque inde inter Alumnos Congregationis S. Vincentii a Paulo

Quapropter prædictis Episcoporum postulationibus S. Congregationis iudicio nuperrime subjectis, Emi Patres responderunt, satis provisum per superius memoratas sacrorum canonum dispositiones.

Nihilominus cum plures Episcopi, præsertim e proximis Urbi regionibus, etiam in unum collecti, postulationibus alias oblati institerint, et impense a Summo Pontifice efflagitaverint, ut aliquid hac in re peculiariter decerneretur, quo efficacius huic ecclesiasticæ disciplinæ perturbationi occurri posset, SSmus Dnus Noster Leo PP. XIII, omnibus mature perpensis, et juxta ea quæ alias per Emum Urbis Vicarium edi jusserat (1),

Romæ cooptatus, minores ibidem et sacros Ordines rite suscepit, patrimonio fultus a parente sibi in Reatino agro assignato. Annos aliquot in lectissima illa Familia vixit Britius; eam tamen deserendam justis ex causis censuit, reversusque idcirco in patriam, erudiendæ in ea juventuti suffragio Municipum adlectus est, constituta salarii scutatorum octoginta conditione, injectoque onere duorum in singulas hebdomadas sacrorum... Hoc munere annos fere quinque in patria perfunctus Britius ad Archipresbiteratum Montis Boni in Sabinensi Diocesi assequendum aleam examinis subiit, factoque feliciter sui periculo, pastor viduatæ illi Ecclesiæ datus est, atque per Apostolicas litteras possessionem illius Archipresbiteratus suscepit. » Denegata autem ab Episcopo Reatino discedendi licentia, nihilominus Sacerdos Britius ad delatam sibi parœciam properavit. Hinc recursus Episcopi ad Sanctam Sedem, et quæstio : « An et quomodo Sacerdos Gaspar Brizzi cogi possit, ut in Diocesim Reatinam revertatur in casu etc...? » S. Congr. répondit : *Affirmative, dummodo de congrua eidem ab Episcopo provideatur.*

(1) Nous trouvons ce décret de S. E. le Cardinal Vicaire dans le *Canoniste contemporain* (année 1891, page 29), mais en français seulement : « Par suite de la volonté souveraine de Sa Sainteté le Pape Léon XIII, communiquée au soussigné Cardinal Vicaire, il est décrété : — 1^o Dans notre curie ecclésiastique on ne pourra approuver qu'aucun prêtre d'un diocèse étranger puisse dorénavant se transférer dans cette Ville Éternelle pour y fixer une longue ou stable résidence. — 2^o A l'occasion, les prêtres qui depuis quelque temps demeurent à Rome et qui n'y sont retenus par aucun devoir d'office ou de bénéfice, devront être invités à se mettre à la disposition des propres Ordinaires pour être, selon les aptitudes de chacun, employés dans le ministère ou dans quelque autre office ecclésiastique. — 3^o Tout prêtre non romain et non obligé, par les raisons sus-indiquées, à une résidence stable dans cette ville, s'il

hæc quæ sequuntur per Sacram Concilii Congregationem præscripsit ac statuit :

1° Clerici et sacerdotes sæculares alienæ diœcesis aut etiam regulares extra claustra degentes nequibunt in posterum stabile domicilium in Urbe statuere absque expressa venia Summi Pontificis per officium S. Congregationis Concilii impetranda.

2° Qui vero in præsens Romæ degunt, si nullo beneficii aut officii titulo ad residendum adstricti sunt, nec per diuturnam commorationem et tacitam aut expressam suorum Episcoporum licentiam domicilium Romæ acquisierint, post mensem a die hujus decreti elapsum ad suam diœcesim redire debebunt.

3° Nullus ex clericis et sacerdotibus alienæ diœcesis ad ecclesiasticum officium, quodcumque sit, aut ad aliud munus quod residentiam in Urbe requirat, eligi a quoquam in posterum poterit, nisi præter testimoniales commendatitias sui Episcopi litteras exhibeat quoque veniam a Summo Pontifice jam obtentam Romæ manendi : itemque nemini beneficium conferetur, si assensum Ordinarii sui ad hoc non obtinuerit : atque aliter facta beneficii collatio nulla et irrita erit.

4° Qui ad litterarum scientiarumque studiis operam dandam vel ad honesta negotia peragenda, vel ex alia justa causa in Urbe cum Ordinarii licentia versantur, statim ac temporaria hujusmodi causa cessaverit, vel a proprio Episcopo revocentur, ad propriam diœcesim redire debebunt, exclusa omni futili excusatione, ac præsertim, ob peculiarem diœcesium his temporibus conditionem, nullatenus eisdem suffragante exceptione sive ex susceptis studiis sive ex prætensa tenuitate sustentationis ab Episcopo oblatæ desumpta : quod si durante hac eorum commoratione in Urbe sese, uti decet, non gesserint, per Vicariatum Urbis propriis Ordinariis denunciabuntur, et ab Urbe discedere cogentur.

donne lieu à de justes observations sur sa conduite, devra être dénoncé par la curie de Rome à son propre Évêque pour être, d'après les ordres exprès de Sa Sainteté, rappelé aussitôt dans son diocèse. — De notre résidence, le 9 juillet 1890. L. M. CARDINAL VICAIRE.

5° Quicumque denique, quolibet modo, præsentibus dispositionibus se non conformaverit, aut, quod Deus avertat, eisdem contraiverit, ipso facto suspensioni a divinis obnoxius fiet.

Ceterum Episcopi omnium clericorum suorum æque curam gerant, neque, uti sæpe dolendum, e sua diœcesi eos abire facile sinant qui seu vitæ ratione, seu aliis quibuscumque causis sese reprehensione dignos aut molestos exhibeant.

Hæc itaque omnia Sanctitas Sua ab omnibus ad quos spectat, custodiri et inviolabiliter servari mandavit, contrariis quibuscumque etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Romæ ex ædibus S. C. Concilii, die 22 Decembris 1894.

A. CARD. DI PIETRO, PRÆFECTUS.

L. SALVATI, *Secretarius*.



S. CONGR. EPISCOPORUM ET REGULARIUM.

USAGE DU VÉLOCIPÈDE PAR LES PRÊTRES.

Monseigneur l'Évêque de Szathmar (Hongrie), ayant défendu l'usage du vélocipède aux prêtres de son diocèse, a soumis ensuite cette défense au jugement du Saint-Siège. Il a reçu de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers la réponse suivante :

Perillustris ac Reverendissime Domine uti Frater,

Hæc Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium maturo examini subjecit, quod Amplitudo Tua retulit circa Sacerdotes utentes rota dicta VELOCIPÈDE. Itaque Sacra eadem Congregatio zelum et prudentiam Amplitudinis Tuæ collaudat atque commendat; nam prohibitio hujusmodi non solum liberat a corporis periculis Sacerdotes ipsos, sed scandala avertit a fidelibus et irrisiorem ipsorum Sacerdotum.

Interim Tibi adprecor a Domino fausta omnia atque prospera.

Amplitudinis Tuæ uti Frater,

Romæ, 28 septembris 1894.

ISIDORUS CARD. VERGA, PRÆFECTUS.



S. CONGREGATIO INDULGENTIARUM.

DÉCISIONS DIVERSES SUR LE ROSAIRE VIVANT.

La lettre suivante a été adressée par Monseigneur le Secrétaire de la S. Congrégation des Indulgences à un Évêque de Hongrie :

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Datis litteris ad Sacram Rituum Congregationem sub die 4 Februarii hujusce currentis anni, Amplitudo Tua varia dubia proponebat piam consociationem a Rosario vivente respicientia, quæ deinde ad Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositam fuerunt transmissa.

I. Porro ad examen revocata dubia ab Amplitudine Tua proposita, veluti in tres classes fuerunt distributa. Jam vero relate ad dubia primæ classis, quæ referuntur ad usum coronæ benedictæ pro Sodalibus piæ Societati a Rosario vivente addictis, hæc retinenda sunt :

1° Sodales singulos recitantes suam decadem uti debere Rosario benedicto, uti patet ex iis quæ leguntur in legibus de Societate a Rosario vivente sub n. 9, in quo expresse dicitur teneri Sodales recitare decadem quôtidianam cum corona precatoria de more benedicta.

2° Pariter teneri Sodales ad utendum corona benedicta, si frui velint indulgentiis concessis a s. m. Benedicto XIII, minime vero si gaudere cupiant tantum indulgentiis Sodalibus tributis a Gregorio XVI. Id facile eruitur ex ipso Summario Indulgentiarum ipsi Sodalitati concessarum, approbato ab hac S. Congregatione sub die 2 Februarii 1878.

3° Sodales recitantes etiam decadem unam lucrari indulgentias concessas a Benedicto XIII Christifidelibus, qui saltem

quinque decades recitaverint, uti pariter constat ex citato Summario.

II. Quoad vero dubia secundæ classis, quæ sese referunt ad modum distribuendi Sodalibus singulis mensibus mysteria Rosarii, hoc principii loco habendum est, sortitionem mysteriorum vel eorundem distributionem secundum naturalem eorundem ordinem rem esse tantum pertinentem ad regulas seu statuta Sodalitatis, minime vero recensendam esse inter conditiones ad lucrandas indulgentias; quippe in Brevi Apostolico quo indulgentiæ conceduntur, hæc conditio haud apponitur, ac proinde modus distribuendi mysteria Sodalibus ille seligi potest, qui attentis personarum et locorum circumstantiis opportunior videbitur.

III. Quoad vero dubia tertiæ classis, quæ proprius attingunt quæstionem de iis Sodalibus qui Societati a Rosario vivente fuerunt adscripti extra tuam diœcesim, res ita componi potest. Quoad Sodales extra diœcesanos jam in antecessum assumptos attinet, S. Congregatio benigne permittit, ut salvis indulgentiis in Sodalitate Jaurinensi (1) et sub Moderatore Diœcesano a Rmo Magistro Generali Ordinis Prædicatôrum nominato permanere possint, si velint. Quoad futurum vero, observentur statuta Sodalitatis, et extra diœcesani remittantur ad Directores diœcesanos respectivos, qui a Provinciali Ordinis Prædicatôrum Viennæ in Austria residente facultates necessarias facile obtinere possunt.

Hæc habebam, quæ Amplitudinis Tuæ propositis dubiis responderem; interea cum ea qua par est observantia me profiteor

Amplitudinis Tuæ

Romæ, die 25 Maii 1894.

ALEX. ARCHIEP. NICOPOL., *Secr.*

(1) Raab, anc. *Arrabona*, en latin moderne *Javarinum* ou *Jaurinum*, *Gyob* en hongrois, *Giavarino* en italien : siège épiscopal dépendant du siège métropolitain de Gran.

Seules, croyons-nous, les trois réponses aux questions comprises dans la première classe demandent quelques explications. Si nous les comprenons bien, il nous semble que les questions devaient être à peu près les suivantes :

1° Les statuts de l'Association du Rosaire vivant obligent-ils ses membres à se servir d'un chapelet béni pour la récitation de leur dizaine ?

A cette question, Monseigneur le Secrétaire de la S. Congrégation répond affirmativement, et sa raison est que les Statuts de l'Association le disent positivement.

Les Statuts sont peut-être moins formels ; car s'ils affirment la nécessité du chapelet béni, c'est *pour gagner TOUTES les indulgences* attachées au Rosaire vivant : « *Quamvis Sodales Rosarii viventis, ad lucrandas OMNES indulgentias* huic Sodalitati concessas, debeant recitare decadem quotidianam, cum corona precatória de more benedicta, ... attamen Directores Rosarii Viventis, ratione sui officii, non habent hanc facultatem benedicendi Rosaria, sed tantummodo ad illos pertinet promovere Consiliarios et Consiliarías, Zelatores et Zelatrices, ac generatim Sodalitati in tali loco determinato præesse. Si vero Directores velint hujusmodi facultate gaudere, tunc debent eam petere vel a Reverendissimo Magistro Generali, vel a Patribus Provincialibus Ordinis. » Quoi qu'il en soit, les *Acta S. Sedis... pro Societate SS. Rosarii* disent avec raison que l'usage du chapelet béni est tellement reçu dans l'Église qu'il ne faut pas s'en écarter.

2° La seconde question devait être ainsi posée : « Est-il nécessaire de se servir d'un chapelet béni pour gagner les indulgences de l'Association ? »

Sur quoi la réponse distingue entre les indulgences de Benoît XIII et celle de Grégoire XVI. C'est en effet Grégoire XVI qui, par un Bref *Benedicentes*, du 27 janvier

1832, a accordé au Rosaire Vivant ses indulgences propres ; et cela, d'après les termes du Bref, « *Præter indulgentias, quas pro Rosarii recitatione Romani Pontifices Prædecessores Nostri decreverunt* ». Cela seul suffit pour qu'on doive reconnaître à l'Association du Rosaire Vivant les indulgences accordées pour tous les fidèles par Benoît XIII : aussi le Sommaire des indulgences approuvé par la S. Congrégation le 3 février 1878 les attribue-t-il formellement à ses membres. Mais à quelles conditions, sinon aux conditions posées par Benoît XIII ? Dès lors, il faut, pour les gagner, se servir d'un chapelet béni. Quant aux indulgences propres à l'Association, le Bref de Grégoire XVI ne fait pas mention de cette condition, et par conséquent elle n'est pas imposée.

On peut donc dire que la réponse de Monseigneur le Secrétaire à cette seconde question est purement et simplement l'application de la décision du 7 août 1889 (1), d'après laquelle il faut s'en tenir aux termes de la concession pour juger si l'usage d'un chapelet béni est nécessaire pour le gain des indulgences.

3° Il est probable que le Prélat qui consultait la S. Congrégation n'avait pas fait mention des indulgences de Benoît XIII dans sa seconde question, mais des indulgences de l'Association en général. La troisième question devait porter sur les indulgences de Benoît XIII, et il demandait sans doute si les associés du Rosaire Vivant pouvaient y prétendre. On conçoit qu'il y ait une raison toute spéciale de douter. Les indulgences de Benoît XIII sont accordées pour la récitation du chapelet, et une décision de la S. Congrégation porte qu'il faut le réciter sans interruption. Les

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxvi, p. 264.

associés du Rosaire Vivant, qui ne récitent qu'une dizaine, peuvent-ils donc les gagner?

Oui, répond la lettre de la S. Congrégation ; car le Sommaire des Indulgences de l'Association les mentionne expressément. Et nous pouvons dire que cette mention repose sur le Bref cité de Grégoire XVI, qui maintient aux associés les indulgences accordées par ses Prédécesseurs pour la récitation du Rosaire. Mais il faut bien s'entendre : les indulgences concédées par Benoît XIII sont une indulgence partielle de cent jours pour chaque *Pater* ou *Ave*, et une indulgence plénière par an, à un jour au choix de chaque fidèle. Les associés du Rosaire Vivant ont droit à ces deux indulgences ; mais il va de soi, en ce qui concerne l'indulgence de cent jours, qu'ils y ont droit seulement pour ce qu'ils disent ; et par conséquent ceux qui se bornent à leur dizaine ne gagnent que cent jours d'indulgences pour le *Pater* et chacun des dix *Ave Maria* qu'ils récitent.



S. CONGREGATIO RITUUM.

DECRETUM GENERALE

COMMEMORATIONUM IN VESPERIS.

Cum jam alias Sacra Rituum Congregatio præstituerit ordinem in commemorationibus agendis ad Vesperas servandum, maxime postquam Duplicia minora et Semiduplicia impedita ad instar Simplicium redigenda Rubricæ immutatæ indixerunt; ad omnes ea super re controversias dirimendas eadem Sacra Rituum Congregatio declarat et statuit :

Post orationem diei, ante cæteras, commemorationem semper agendam esse de alio cujuscumque ritus festo, quod concurrat, si locum habeat; deinde reliquas juxta ordinem, quem seu Rubrica Generalis Breviarii Titul. ix, n. 11, seu Tabella occurrentiæ in eodem Breviario inscripta præcipiunt. Qui ordo sequentis tenoris est : 1. De Dominica privilegiata; 2. De die octava; 3. De duplici majori; 4. De duplici minori, ad instar simplicium redactis; 5. De Dominica communi; 6. De die infra octavam Corporis Christi; 7. De semiduplici; 8. De die infra octavam communem, ad simplicem ritum pariter redactis; 9. De feria majori vel Vigilia; 10. De Simplici.

Atque ita servari mandavit.

Die 5 Februarii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Avant tout, assurons nos lecteurs que cette date du 5 février 1895 est bien la date exacte du décret. Ce sont les *Ephemerides liturgicæ* qui ont eu l'honneur de le

faire connaître avant toutes les autres Revues, en tête de leur numéro de février : cette Revue publiait en même temps trois autres décrets ; et par une mauvaise chance inouïe, dont le numéro de mars rejette toute la faute sur les « ambiguitates, quibus officinæ librariæ sunt obnoxia », elle a donné à tous ces décrets des dates inexactes. Les *Ephemerides* ont bien fait de rectifier, pour plus d'un motif ; malgré tout, les dates fautives sont publiées dans presque toutes les Revues ; et c'est pour cette raison qu'il importe d'insister et de bien préciser la date véritable.

Quant au fond du décret, nos lecteurs se rappellent la dissertation que nous avons publiée à la fin de 1893 sur l'*Ordre des mémoires qui peuvent se présenter aux vêpres* (1) ; nous y avons exposé les deux opinions qui divisaient alors les liturgistes, cité et discuté les arguments de chacune et indiqué nos préférences, contraires au sentiment des *Ephemerides liturgicæ* et du Docteur Piacenza. Nous venons de relire notre article ; nous avons exposé fidèlement les arguments des deux partis, et nous n'avons rien à retirer sous ce rapport ; mais nous avons à retirer nos conclusions, qui sont contraires au décret.

I. Désormais donc, quand il s'agira de régler l'ordre des mémoires aux vêpres, il faudra, avant tout, regarder à l'office de la veille ou à l'office du lendemain ; c'est le seul qui puisse, à proprement parler, être dit *en concurrence* ; et, comme tel, sa mémoire a droit à la première place après l'oraison du jour. Cela est vrai dans le cas où cet office a la moitié des vêpres, comme l'a enseigné Gavantus et avec lui le commun des liturgistes ; mais cela reste encore vrai, s'il n'a qu'une simple mémoire, car il reste toujours l'office concurrent.

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxv, p. 622.

Le Docteur Piacenza n'étendait pas cette doctrine jusqu'aux fêtes de rite simple; les *Ephemerides*, plus logiques, ainsi que nous l'avons fait remarquer dans le temps, donnaient au simple, dès lors qu'il était l'office concurrent, les droits de l'office concurrent, c'est-à-dire la première mémoire. La S. Congrégation adopte ce sentiment et le fait passer en règle, puisqu'elle déclare que la première mémoire appartient à l'office concurrent, *de quelque rite qu'il soit*.

II. Voilà donc qui est entendu : la première mémoire est pour cet office concurrent, qu'il ait eu la moitié des vêpres ou qu'il soit réduit à n'avoir qu'une mémoire; il suffit qu'il ait droit à une partie des vêpres : ce droit peut être surpassé par celui de l'office de rite ou de dignité supérieure, mais cette éventualité ne le supprime pas. Et ce droit, l'office concurrent le possède seul, puisque les autres offices qui se rencontrent n'ont pas été ou ne seront pas récités, et par là même ne sauraient être admis à concourir pour les vêpres.

III. Et les autres mémoires, dans quel ordre les fera-t-on? La S. Congrégation le fait aussi connaître et complète ce qui en est dit dans les Rubriques, tit. ix, n. 11.

Nous avons cité cette Rubrique dans notre Dissertation (1), et nous avons dit une première fois : « Tout le monde convient que ce texte contient plutôt un principe général, qu'une règle s'appliquant à tous les cas; même avant la modification des Rubriques, on était obligé de signaler certaines exceptions que nous retrouverons plus loin. On aurait pu, à ce moment, faire les corrections nécessaires pour les éviter; on ne l'a pas fait, et le texte n'a subi d'autre changement

(1) De Duplici, *licet agatur tanquam Simplex, fiat ante Dominicam, de Dominica ante festum semiduplex, de semiduplici, etiam quando reduci-tur ad modum simplicis, ante diem infra octavam, de die infra octavam ante Ferias Adventus, iv Temporum, Vigiliarum et Rogationum; et de dictis Feriis ante Festum simplex...*

que l'addition des mots en italiques, nécessités par la simplification des doubles mineurs et des semi-doubles (1) ». Un peu plus loin, nous signalions deux des lacunes que les liturgistes avaient depuis longtemps indiquées dans cette Rubrique : « Que l'on y prenne bien garde, ce texte de la Rubrique n'est pas complet ; il laisse de côté l'occurrence d'un dimanche privilégié et celle d'un jour octave, qui passent avant la commémoration du double mineur. C'est un des motifs pour lesquels nous avons dit que ses indications sont seulement générales » (2).

Nous aurions pu et dû mentionner aussi une dernière lacune, celle qui concerne la mémoire de l'octave privilégiée du très saint Sacrement ; De Carpo n'avait pas manqué de le faire.

Aujourd'hui, ces lacunes sont comblées, et l'ordre donné par le décret comprend tous les cas.

IV. Si nous comprenons bien ce décret, il nous semble que, des trois décisions que nous citions dans notre Dissertation, seule, la décision IN NITRIEN (3) reste debout : elle applique précisément à un cas particulier la règle générale portée par le décret, puisqu'elle fait passer la mémoire du dimanche privilégié avant celle du double mineur simplifié. Le décret IN UNA GALLIARUM, du 10 janvier 1693 (4), a vécu : il est formellement en contradiction avec le décret actuel. Mais que dire du décret du 18 décembre 1779, que tous les partis invoquaient et dans lequel ils voyaient tous la confirmation de leur propre sentiment ?

Rappelons d'abord la phrase de ce décret qui était citée et invoquée par tous : « Quoad ordinem vero (*commemoratio-*

(1) *Ibid.*, p. 623.

(2) *Ibid.*, p. 628.

(3) *Ibid.*, p. 626.

(4) *Ibid.*, p. 625 (Gardell., n. 3301).

num) si die eorum propria (*Sanctorum ad ritum simplicem reductorum*) aliæ commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur officium, aut Vesperæ integræ, aut Capitulum, aut dimidiæ. »

Cette phrase, disions-nous, a deux parties : la première, qui doit être complétée comme il suit : *Servetur, ut prius fiat commemoratio de eo, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur officium*, se rapporte à l'ordre qu'il faut suivre dans les commémoraisons IN OCCURSU, c'est-à-dire aux Laudes et à la Messe. Cette partie n'est pas visée par le décret actuel ; elle est en dehors du débat, puisqu'il s'agit seulement des mémoires à faire aux vêpres. Elle subsiste donc toujours, et d'ailleurs, le décret, en complétant, comme nous l'avons fait remarquer, la Rubrique n° 11 du Titre IX, lui est absolument favorable.

Mais que penser de la seconde partie de la phrase, que nous formulions ainsi : *Servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebrarentur vespere, aut capitulum, aut dimidiæ*, et qui concerne l'ordre des mémoires IN CONCURSU, c'est-à-dire aux Vêpres ? Il y a certainement une manière d'entendre cette phrase absolument contraire au décret, et ce sens doit être complètement abandonné. Des exemples nous le feront mieux comprendre que tous les raisonnements, et nous choisirons avant tout les exemples que nous avons donnés nous-même.

Nous supposons la fête des cinq plaies de Notre-Seigneur tombant le 9 Mars, jour consacré à sainte Françoise romaine. « Cette fête est simplifiée, » disions-nous ; « aux premières vêpres, on fera mémoire de sainte Françoise, et en second lieu de saint Jean de Dieu, *quia, amoto impedimento, vespere dicerentur a capitulo de S. Francisca cum commemoratione S. Joannis* ; aux secondes vêpres, mémoire

de sainte Françoise, et en second lieu seulement des saints Quarante Martyrs, semi-double, *quia, secluso impedimento, vesperæ dicerentur integræ de S. Francisca, cum commemoratione SS. XL Martyrum* (1). » D'après le décret actuel, c'est tout le contraire : aux premières vêpres, la première mémoire sera pour saint Jean de Dieu, et aux secondes, pour les SS. XL Martyrs, parce que ces deux offices sont les seuls offices en concurrence ; ni aux premières, ni aux secondes vêpres, la fête de sainte Françoise, simplifiée, n'est admise à concourir ; elle est « in casu solius commemorationis, » comme dit Cavaliéri (2).

Nous trouverions d'autres exemples dans les meilleurs auteurs. Prenons De Carpo : il entend comme nous la phrase de 1779 et propose plusieurs cas qu'il résout suivant cette phrase ; bornons-nous à citer ceux dont la solution doit être réformée par le nouveau décret. Il suppose un dimanche privilégié dans lequel se rencontrent, et sont, par là même, réduits au rite simple, un jour octave et une fête de rite double mineur ; il continue ainsi : « Si subsequatur in feria secunda officium duplex, post hujus orationem tres illas agere commemorationes oportebit, nempe : I. De Dominica ; II. De die Octava ; III. De Sancto per se duplici. Si vero sequatur officium semiduplex, post orationem Dominicæ commemoratio fiet : I. De die Octava ; II. de Sancto per se duplici ; III. De sequenti officio semiduplici. Quod si officium, per accidens simplex in eadem Dominica occurrens, sit pariter semiduplex, tunc hujus commemoratio postponenda erit commemorationi semiduplicis subsequentis, de quo, Dominicæ et Octavæ impedimento cessante, diceretur potior Vesperarum pars, videlicet a Capitulo. *Rubr. Franc.*,

(1) *Ibid.*, p. 637.

(2) Page 629.

n. 60 ac Caval., loc. cit., n. 13. Si vero dies Octava impedita, vel duplex officium æque impeditum incidant in Sabbatum vel in feriam secundam, eorum commemoratio præcedat oportet commemorationem Dominicæ privilegiatæ (excepta Dominica in Albis), quia amoto impedimento vespere integræ forent de ipsis respective. *S. R. C. 10 Jan. 1693 in una GALLIARUM* (1). »

Toutes ces solutions, moins la première, sont fausses. Si le lundi qui suit un dimanche privilégié est occupé par une fête de rite semi-double, cette fête est l'office concurrent, et doit, comme telle, avoir la première mémoire en toute hypothèse. Enfin, le jour octave ou le double mineur empêchés, qui se rencontrent la veille ou le lendemain d'un dimanche privilégié, ne sont point admis à concourir, et leur mémoire doit passer après celle de ce dimanche.

Si le décret de 1779, conduisait légitimement à ces conséquences, il faudrait le déclarer en contradiction complète avec le décret actuel, et, par suite le regarder comme révoqué. Car, redisons-le encore une fois, d'après la règle que vient de promulguer la S. Congrégation, il faut toujours donner le premier rang à la mémoire de l'office en concurrence, c'est-à-dire de l'office de la veille ou du lendemain, parce que cette mémoire n'est pas « in casu solius commemorationis » ; c'est la mémoire d'un office qui, « secluso impedimento festi dignioris, » aurait sa part des vêpres. Quant aux autres mémoires, elles sont « in pari gradu commemorationum (2) » ; il n'y a pas à se demander, comme on le faisait, ce qui arriverait si telle ou telle fête était enlevée ; il faut simplement les ranger dans l'ordre indiqué

(1) *Biblioth. liturg.*, part. 2, n. 87.

(2) Expressions de Gavantus, citées dans notre dissertation précédente (page 629.)

par le décret, ordre qui est celui dans lequel se célèbreraient les offices. Cette règle peut-elle bien s'accorder avec le décret de 1779?

Non una est circa obligationem prædictam Doctorum opinio. Si hujus S. Congregationis acta pervolvamus, invenimus profecto unam TURRITANAM SEU BOSANEN. *Jurisdictionis*, 17 Martii 1708, in qua cum fuisset quæsitum VIII dubio : *An subditi Episcopi Bosanen tam ratione domicilii, quam originis, qui ratione studiorum moram traxerunt in civitate Saxarensi potuerint ad ordines promoveri ab eodem Episcopo sine testimonialibus Archiepiscopi? Et IX : An tam Episcopus Bosanen., quam ordinati inciderint in pœnas contentas in Constitutione S. M. Innocentii XII? prodiit responsio : Ad VIII. Affirmative; Ad IX. Negative. Nec aliter fuit judicatum IN ALGAREN *Jurisdictionis*, 3 Augusti 1709; proposito enim dubio : *An Episcopus Algaren posset promovere ad ordines ejus diœcesanos, qui per tempus interruptum a sua diœcesi causa studiorum abfuerint, absque litteris testimonialibus Episcopi diœcesani? responsum datum IN TURRITANA SEU BOSANEN 17 Martii 1708 Patres confirmarunt; idem denique decretum fuit IN UXENTINA SEU NERITONEN, *Ordinationis*, 17 Junii 1719. Quibus resolutionibus innixus Rigantius, *ad Reg. Cancellar. XXIV, § 3, tom. 2, fol. 386*, post Lamperez in dicta Constit. Innoc., n. 338, p. 193 et P. Moren in eadem Constit., p. 111, n. 286, aperte docet : « Episcopum originis sive domicilii posse proprios subditos ordinare absque testimonialibus Episcopi in cujus diœcesi studiorum causa moras traxerunt. »**

Aliter vero sentit Honorante, qui in *Praxi Secretarii Eminentissimi Vicarii*, p. 162 et 163, docet quod ex commoratione facta per spatium temporis aptum ad impedimentum contrahendum in aliena diœcesi necesse est testimoniales exquirere litteras


Ordinarii illius apud quem Ordinandus degerat ; atque ut præfatus auctor suam firmet sententiam, in medium affert resolutiones hujus Ordinis, quarum præcipua est ASCULANA seu MONTIS ALTI, die 7 Februarii ann. 1733. Cui resolutioni ab Honorante relatæ addere possumus idem decretum fuisse tum IN BONONIEN seu FERRARIEN, *Ordinationis, 14 Nov. 1733*, tum IN FABRIANEN, *19 Augusti 1797*, tum IN LUNEN, *29 Maii 1824*, tum IN MONTIS FALISCI, *17 Maii 1828*, tum, cæteris omissis, in nuperima TERRACINEN, *26 Januarii 1833*, in qua sapientissime tunc temporis Secretarius adnotabat (qui purpuræ honore auctus inter nos assidet) : *Illud etiam pro munere meo animadvertendum reor, apud Sacrum hunc Ordinem id in more positum esse, ut nimirum in quæstionibus id genus dirimendis litteras testimoniales ab iis etiam Episcopis afferendas mandaverit, apud quos ii commorati sunt, de quorum ordinatione disceptatur, iisque aditum ad ordines haud patere, qui tali testimonio caruerint.*

On peut même remarquer, avec le *votum* du Cardinal Bianchi, que la S. Congrégation a si complètement accepté la seconde opinion, qu'elle n'admet pas même qu'on puisse suppléer en pareil cas aux lettres testimoniales de l'Ordinaire par un témoignage équivalent : « *Sacræ hujus Congregationis mens fuit in memorata controversia ASCULANA discutienda, in qua testimonium per æquipollens in hujusmodi quæstionibus decernendis admissum neutiquam fuit, licet nimirum Episcopus Asculanus per edictum explorasset, an quis sciret, bona in patrimonium assignanda non esse libera, vel clericum promovendum canonico aliquo impedimento esse irretitum, et quamvis illud edictum, annuente Vicario Generali, fuisset etiam publice propositum in civitate Montis Alti, ubi bona illa existebant.* »

On voit que la jurisprudence de la S. Congrégation est fixée depuis longtemps entre les deux opinions ; il ne faut donc pas s'étonner que cette jurisprudence ait été

maintenue dans le cas actuel, et que la S. Congrégation ait répondu le 14 Juillet 1894 :

Litteras testimoniales a respectivis Ordinariis loci esse exigendas.



S. CONGR. INDULGENTIARUM.

I.

Œuvre de la Terre Sainte; ses indulgences.

Ad colligendas inter fideles eleemosynas pro Terra sancta, cujus necessitates de die in diem magis crescere compertum est, nonnulli Commissarii ejusdem Terræ Sanctæ in defectu Religiosorum qui collectoris munere funguntur, modum sat expeditum introducere cœperunt eo ferme modo quo procedit pium Institutum quod a S. Jesu Christi Infantia dicitur, pro redimendis baptizandisque infidelium pueris. Videlicet Commissarius in qualibet parœcia vel civitate secernit aliquem numerum virorum vel mulierum, quos zelatores vel zelatrices pro Terra Sancta documento scripto nominat. Istorum officium est Terræ Sanctæ necessitates fidelibus commendare et signare nomina eorum qui se adstringunt pro eleemosyna quadam hebdomadali, mensili vel annua, quæ simul cum nominibus offerentium, mittitur Patri Commissario vel directe a singulis zelatoribus, vel per zelatorem principalem districti aut diœcesis directorem. Commissarius autem semel in anno folio typis edito publice rationem reddit eleemosynæ collectæ a singulis zelatoribus, simul referens de Terræ Sanctæ operibus, quæ a Patribus Franciscanis fiunt.

Hujusmodi usus, necessarius in aliquibus locis, etiam in aliis fortasse inutilis non evaderet, si Patres Commissarii in eo propagando suam operam conferrent. S. Sedes tale pium institutum commendavit eidemque non paucas indulgentias concessit, in sequenti rescripto recensitas.

Rescriptum S. C. Indulgentiarum.

Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SS. D. N. Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, Christifidelibus præfato pio Operi adscriptis et aliquam stipem quotannis elargientibus ad conservationem Locorum Sanctorum in Palæstina existentium, sequentes Indulgentias, defunctis quoque applicabiles, benigne concessit :

I. *Plenariam* : — 1° Die Nativitatis D. N. J. C.; 2° die Paschatis Resurrectionis, dummodo his diebus vere pœnitentes, confessi ac S. Synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium ad mentem Sanctitatis Suæ oraverint; 3° iisdem pariter, necnon Zelatoribus et Zelatricibus præfati pii operis in mortis articulo, si præfata pia opera peregerint, vel quatenus ea præstare nequiverint, corde saltem contriti, SSimum Jesu nomen ore, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem uti peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint; 4° Zelatoribus tantum necnon Zelatricibus prædictis, qui dederint operam eleemosynis colligendis, lucranda *a)* die festo Circumcisionis D. N. J. C., et *b)* die festo Assumptionis B. M. V., si his diebus memorata pia opera præstiterint, et uti supra oraverint.

II. *Partialem* : — Septem annorum tantum totidemque quadragenarum qualibet sexta feria cujuslibet mensis, Christifidelibus prædicto pio operi addictis, corde saltem contrito ac devote quinquies recitantibus *Orationem Dominicam, Angelicam salutationem* et *Gloria Patri*, etc., in honorem quinque vulnerum D. N. J. C.

Tandem Dominis Episcopis, qui in suis respectivis diœcesibus feria sexta in Parasceve jusserint eleemosynam in ejusdem pii operis finem colligendam, item parochis qui idem pium opus Christifidelibus suæ curæ commississimum opere commendaverint, et hi omnes eleemosynam, si quam collegerint, mittere curaverint ad Patres Commissarios Terræ Sanctæ, facultatem elargita est benedicendi Crucifixos eisque adnectendi Indulgentias Viæ

Crucis exercitio concessas, itemque benedicendi Chordam S. Francisci Assisiensis cum respectivis Indulgentiis, servatis de jure servandis. Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ, ex Secretaria ejusdem S. Congregationis, die 26 Junii 1894.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

A. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secr.*

Nos lecteurs voudront bien remarquer le dernier numéro de ce Rescrit : « Tandem Dominis Episcopis, etc. » Le privilège de bénir les crucifix et d'y attacher les indulgences du Chemin de la Croix, et même le pouvoir de bénir le Cordon de saint François d'Assise, sont assez précieux et sont bien souvent demandés. Il est bon que ceux qui peuvent en jouir en vertu de ce Rescrit le sachent, et concluent qu'une demande particulière n'est pas nécessaire pour eux.

II.

*Bénédition des chapelets, médailles, etc ;
clause : De consensu ordinarii loci.*

ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

Sacræ Indulgentiarum et SS. Reliquiarum Congregationi sequens dubium dirimendum propositum fuit :

Quum in litteris Apostolicis in forma Brevis, necnon in Rescriptis S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, quibus Regularibus conceditur facultas benedicendi Coronas, Rosaria, etc., hæc verba legantur : « de consensu Ordinarii loci, » quæritur :

An Regularis, qui a Sede Apostolica prædictam facultatem obtinuit, ad eam exercendam intra septa tantummodo sui monas-

terii seu conventus, vel etiam domorum residentialium in quibus hisce temporum adjunctis plures religiosi sub respectivi superioris dependentia una simul commorantur, opus habeat licentia Superioris ecclesiastici diœceseos in qua suum monasterium seu conventus vel supra enunciatae domus reperiuntur; an vero sufficiat licentia Superioris vera jurisdictione pollentis in suo Ordine, uti Abbas, Provincialis, vel Generalis totius Ordinis?

S. Congr. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita sub die 2 Januarii 1888 respondit :

Ad primam partem *Negative*; ad secundam partem *Affirmative*.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congr., die, mense et anno uti supra.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, PRÆF.
ALEXANDER, EPISCOPUS OENSIS, *Secr.*

III.

*Indulgence de 100 jours
pour une prière en l'honneur de la très sainte Vierge.*

Abbas Generalis Canoniorum Regularium Lateranensium, qui et Director Generalis Piarum Unionum Filiarum Mariæ est, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, humiliter postulat ut indulgentiam 300 dierum concedere dignetur omnibus Christifidelibus, qui sequentes preces in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ devote recitaverint :

Virgo ante partum, ora pro nobis. Ave Maria.

Virgo in partu, ora pro nobis. id.

Virgo post partum, ora pro nobis. id.

Et Deus....

S. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII sibi specialiter tributis, benigne concessit Indulgentiam *centum dierum* semel tantum in die lucranda ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito ac devote recitan-

tibus præfatas jaculatorias preces cum adnexa cuilibet ipsarum recitatione salutationis Angelicæ.

Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.
Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die
20 Maii 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

A. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secr.*

IV.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Dubia circa Oblatos sæculares S. Benedicti.

D. Godehardus M. Heigl, Ordinis S. Benedicti, Abbas Affligeniensis et Visitator Provinciæ Belgicæ, S. Indulgentiarum Congregationi humiliter exponit :

In Congregatione Cassinensi Primitivæ Observantiæ, erectum esse Institutum Oblatorum sæcularium cum quibusdam Statutis a S. Congr. EE. et RR. approbatis die 17 Januarii 1871, et Indulgentiis auctum per Decretum hujus S. Congregationis die 4 Junii 1888.

Nunc vero, quum varia exorta sint dubia circa naturam horum Oblatorum, humilis Orator postulat ut sibi declarentur quæ sequuntur :

1° Suntne Oblati sæculares S. Benedicti considerandi sicut Tertiarii aliorum Ordinum?

2° Potestne Oblatis sæcularibus S. Benedicti impertiri Benedictio cum indulgentia plenaria juxta formulam pro Tertiariis sæcularibus approbatam a Summo Pontifice Leone XIII die 7 Julii 1882?

3° Possuntne Oblati sæculares S. Benedicti fieri Tertiarii alterius Ordinis, et vice versa?

4° Debentne Oblati sæculares S. Benedicti, qui simul sunt

Tertiarii ex. gr. S. Francisci, S. Dominici, etc., eligere Ordinem ad quem pertinere velint?

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, perpensis dubiis propositis, ex Consultorum voto respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative absque speciali privilegio.*

Ad III. *Negative, juxta Decretum hujus S. Congregationis d. d. 31 Januarii 1893.*


Ad IV. *Affirmative, ut in una ORD. MIN. CAP. diei 21 Junii 1893.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congr. die 15 Januarii 1895.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

ALEX. ARCHIEP. NICOP., *Secr.*

Nous ne connaissons ni les Statuts approuvés le 17 Janvier 1871, ni les indulgences accordées le 4 Juin 1888; mais il est évident que la solution de tous ces doutes s'impose, après la réponse affirmative faite au premier. Dès lors que les Oblats de saint Benoit doivent être considérés comme tertiaires de l'Ordre, il faut leur appliquer les règles posées pour les tertiaires, et c'est ce que fait la S. Congrégation.



S. R. ET U. INQUISITIO.

I.

De crematione corporum.

Voici un troisième décret sur la crémation des corps ; la *Revue* a inséré les deux premiers dans son tome XVIII, page 376 et dans le tome XXIV, page 618.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus Friburgensis, ad pedes S. V. provolutus, humillime petit sequentium dubiorum resolutionem :

I. Utrum liceat sacramenta morientium ministrare fidelibus qui massonicae quidem sectae non adhærent, nec ejus ducti principiis, sed aliis rationibus moti corpora sua post mortem cremanda mandarunt, si hoc mandatum retractare nolint?

II. Utrum liceat pro fidelibus, quorum corpora non sine ipsorum culpa cremata sunt, missæ sacrificium publice offerre vel etiam privatim applicare, itemque fundationes ad hunc finem acceptare?

III. Utrum liceat cadaverum cremationi cooperari, sive mandato ac consilio, sive præstita opera, ut medicis, officialibus, operariis in crematorio inservientibus? et utrum hoc liceat saltem, si fiat in quadam necessitate aut ad evitandum magnum damnum?

IV. Utrum liceat taliter cooperantibus ministrare sacramenta, si ab hac cooperatione desistere nolunt, aut desistere non posse affirmant?

Feria IV, die 27 Julii 1892.

In Congregatione generali S. Rom. et Univ. Inquisitionis

propositis suprascriptis dubiis, præhabitoque Rmorum DD. Consultorum voto, Emi ac Rmi Dni Cardinales in rebus fidei et morum Generales Inquisitores respondendum mandarunt :

Ad I. *Si moniti renuant, Negative. Ut vero fiat aut omittatur monitio, serventur regulæ a probatis auctoribus traditæ, habita præsertim ratione scandali vitandi.*

Ad II. *Circa publicam S. Missæ applicationem, Negative; circa privatim, Affirmative.*

Ad III. *Nunquam licere formaliter cooperari mandato vel consilio. Tolerari autem aliquando posse materiale cooperationem, dummodo : 1° crematio non habeatur pro signo protestativo massonicae sectæ; 2° non aliquid in ipsa contineatur quod per se, directe, atque unice exprimat reprobationem catholicæ doctrinæ et approbationem sectæ; 3° neque constet officiales et operarios catholicos ad opus adstringi vel vocari in contemptum catholicæ religionis. Cæterum quàmvis in hisce casibus relinquendi sunt in bona fide, semper tamen monendi sunt ne cremationi cooperari intendant.*

Ad IV. *Provisum in præcedenti. Et detur decretum feriv IV 15 Decembris 1886. Quod quidem decretum ita se habet :*

Quoties agitur de iis, quorum corpora non propria ipsorum, sed aliena voluntate cremationi subjiciantur, Ecclesiæ ritus et suffragia adhiberi posse, tum domi, tum in ecclesia, non autem usque ad cremationis locum, remoto scandalo. Scandalum vero removeri etiam poterit, si notum fiat cremationem non propria defuncti voluntate electam fuisse. At ubi agatur de iis qui propria voluntate cremationem elegerunt, et in hac voluntate certo ac notorie usque ad mortem perseverarunt, attento decreto feria iv 19 Maii 1886, agendum cum iis juxta normas Ritualis Romani, *Tit. Quibus non licet dare ecclesiasticam sepulturam.* In casibus autem particularibus, in quibus dubium vel difficultas oriatur, consulendus erit Ordinarius, qui, accurate perpensis omnibus adjunctis, id decernet quod magis in Domino expedire judicaverit.

Sequente vero feria ac die, SSmus D. N. D. Leo Div. Prov.

Papa XIII relatam sibi Emorum ac Rmorum Patrum resolutionem benigne adprobare et confirmare dignatus est.

J. MANCINI, S. R. et U. I. Notarius.

II.

De lege abstinentiæ ab Ordinariis in quibusdem casibus transferenda vel dispensanda.

Feria IV, die 5 Decembris 1894.

Cum recenter ad hanc Supremam Congregationem S. R. et U. Inquisitionis a compluribus Episcopis pervenerint petitiones, quarum omnium una mens erat, abstinentiæ legem, de qua valde solliciti sunt, magnis in populorum concursibus ægre admodum ac difficulter variis de causis posse servari et damno potius animarum quam saluti præbere occasionem, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini S. E. R. Cardinales contra hæreticam pravitatem in universa christiana republica Generales Inquisitores, in plenario comitio dictæ feriæ IV, die 5 Decembris 1894, re integre proposita ac mature perpensa, decreverunt ut infra, scilicet :

Supplicandum Sanctissimo ut Episcopis aliisque locorum Ordinariis concedere dignetur facultatem anticipandi die sibi benevisa atque ob gravissimas causas etiam dispensandi super lege jejunii et abstinentiæ, quando festum sub utroque præcepto servandum Patroni Principalis aut Titularis, vel solemne aliquod festum item magno populorum concursu celebrandum, inciderit in ferias sextas aut sabbata per annum, excepto tempore quadragesimæ, diebus quatuor temporum et vigiliis per annum jejunio consecratis; atque ut eadem anticipandi seu etiam gravissimis de causis dispensandi potestate uti possint pro diebus, quibus nundinæ extraordinariæ, magno item populorum concursu, habeantur.

Habita autem per R. P. D. Adsessorem S. O. relatione Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII, idem Sanctissi-

mus Dominus præsens decretum ratum habuit et confirmavit ac omnibus et singulis locorum Ordinariis facultatem, de qua agitur, perpetuis futuris temporibus concessit ac attribuit, facta tamen in singulis casibus mentione apostolicæ dispensationis.

JOS. MANCINI, *S. Rom. et Univ. Inquis. Notarius.*



S. RITUUM CONGREGATIO.

I.

DECRETUM GENERALE.

Octavarum in Quadragesima.

Sacrorum Rituum Congregationem solemne habuisse semper sacri quadragesimalis temporis instituta pia mœstitia recolere, abunde Rubricæ ostendunt, nonnullaque propositis sibi dubiis responsa, quibus vel cessare præscripsit vel abrumpi Octavas in feria IV Cinerum atque in Dominica Passionis, quamvis peculiari Indulto concessas. Nuper vero, cum alia suborta fuerint Dubia circa easdem Octavas ad earum quod attinet celebrationem, vel cessationem aut abruptionem in reliquis Dominicis diebus Quadragesimæ pro iis, qui illas recolendi privilegio donati sunt, Eadem Sacra Rituum Congregatio declarat et statuit :

Octavas quascumque pro tempore Quadragesimæ, juxta alias decreta, in posterum non concedi; indultas vero ab antiquiori ævo, non solum in feria IV Cinerum atque in Dominica Passionis, sed etiam in omnibus aliis Dominicis diebus Quadragesimæ esse omnino intermittendas vel abrumpendas. Per integram autem maiorem Hebdomadam omnes prorsus octavæ, excluso etiam quocumque privilegio, interdictæ maneant.

Cæteris non obstantibus quibuscumque.

Die 5 Februarii 1895.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secr.*

Ce décret est une des malheureuses victimes des « ambiguitates » de *l'officina libraria*, où s'impriment les *Ephemerides liturgicæ* (1). A lui aussi (et à deux autres décrets cités plus loin) cette Revue a assigné une date fautive; nous avons partout rétabli la date véritable.

Ceux qui désireraient des renseignements sur l'origine des octaves, leurs causes, la signification mystique du nombre huit, les trouveront dans la Préface de l'*Octavaire romain* de Gavantus. Pour nous en tenir à la cessation ou à l'interruption des octaves, c'est à la réforme du Bréviaire sous Clément VIII (1602) que nous les devons faire remonter en ce qui regarde le carême; et Urbain VIII (1631) en introduisit à son tour la cessation à partir du 17 Décembre.

Les Rubriques en parlent en deux endroits. D'abord au titre VII *De Octavis*, n. 1 :

... Quo tempore (*Quadragesimæ*) omittitur officium cujuscumque octavæ. Quod si aliquod festum, quod celebrari solet cum octava, paulo ante Quadragesimam venerit, et jam per aliquos dies factum sit officium de ejus octava, adveniente Quadragesima, nihil amplius fit de ea, nec commemoratio. Et idem servetur de octavis nondum absolutis, quando supervenit festum Pentecostes, et dies 17 Decembris.

Et à la suite de la Table d'occurrence :

De aliis octavis, quæ non sunt in Kalendario, nihil fit a feria iv Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis inclusive, et a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam.

Le motif des dispositions prises par Clément VIII et Urbain VIII apparaît assez de lui-même, et les auteurs

(1) V. plus haut, page 53.

n'élèvent sur ce point aucune controverse. Pour le carême, on a voulu ne pas détourner trop longtemps les fidèles des pensées de pénitence et du souvenir de la Passion de Notre-Seigneur; pour l'Avent, on s'est proposé de les laisser aux pensées exprimées dans les antiennes spéciales des Laudes de la Férie, qui conviennent aux mystères de l'Avent et à la préparation au mystère de Noël (1). On avait même songé d'abord, sous Urbain VIII, à exclure les octaves de tout l'Avent; mais on s'est arrêté à cette date du 17 Décembre: c'est Gavantus, membre des deux commissions établies sous Clément VIII et sous Urbain VIII pour la réforme du bréviaire, qui nous donne ce détail (2).

Dans le décret qui précède, la S. Congrégation prononce de nouveau qu'elle ne concédera plus désormais d'octave durant le carême; mais, ce décret seul en est la preuve et nous le savons d'ailleurs à l'avance, il existe de ces concessions; bien plus, une coutume immémoriale, ou, ce qui, en droit, revient au même, une coutume remontant à cent ans avant la mesure prise par Clément VIII, par conséquent à 1502, autoriserait à la célébration d'une octave en carême. Cavalieri cite en preuve de cette assertion un décret de la S. Congrégation, en date du 6 Décembre 1608, IN BARCINONEN, qui permet pour ce motif de faire dans toute l'Espagne, même pendant le carême, l'octave de sainte Eulalie, dont la fête est fixée au 12 Février (3).

N'étaient ces octaves autorisées en carême par indult apostolique ou par une coutume qui en tienne lieu, nous n'aurions qu'à parler de la *cessation* des octaves le mercredi saint; mais elles nous forcent à distinguer entre *cessa-*

(1) Cavalieri, t. II, cap. XIX, décr. I, n. 2. 3 et 4.

(2) Sect. III, *De Octava*, cap. VIII, n. 8 et 9.

(3) *Loc. cit.*, décr. I.

tion et interruption. Faisons donc cette distinction, et donnons les règles de l'une et de l'autre, puisque le décret que nous publions aujourd'hui nous en fournit l'occasion en prononçant ces deux mots.

PREMIÈRE RÉGLE. — *Toute octave, non autorisée en carême, CESSE le mercredi des cendres; toute octave autorisée CESSE de même le dimanche des Rameaux.*

C'est l'application des Rubriques citées plus haut, et nous avons déjà exposé le motif de cette cessation.

DEUXIÈME RÉGLE. — *Toute octave autorisée en carême CESSE quand son jour octave se rencontre, soit avec le mercredi des cendres, soit avec un dimanche de carême, quel qu'il soit; elle est seulement INTERROMPUE quand c'est un jour « infra octavam » qui tombe soit le mercredi des cendres, soit en un dimanche autre que le dimanche des Rameaux.*

Le décret placé en tête de cet article a précisément pour but de faire cesser toute controverse, et prononce nettement que les octaves, en carême, doivent être interrompues, non seulement le dimanche de la Passion, comme le prétendaient certains auteurs, mais tout aussi bien le 1^{er}, le 2^e, le 3^e et le 4^e dimanche de carême.

D'ailleurs l'interruption des octaves a le même but que leur cessation; il s'agit de sauvegarder l'office quadragésimal, ses antiennes, ses suffrages, ses prières communes ou fériales, etc., et de rendre par là les âmes plus attentives aux pensées de pénitence et à la méditation de la Passion de Notre-Seigneur.

TROISIÈME RÉGLE. — *Une octave n'est interrompue que pour le corps de l'office du jour, c'est-à-dire pour les matines, les laudes, les petites heures et la messe; on suit pour les vêpres, soit de la veille, soit du jour, les règles que l'on suivrait s'il n'y avait point interruption,*

et pour le corps de l'office et la messe, celles que l'on suivrait si l'on était en dehors de l'octave.

Par exemple, le mardi avant les Cendres, on dira les vêpres de l'octave, si on en fait l'office ce jour-là, ou on en fera mémoire, si le jour « infra octavam » est empêché par un double majeur ou mineur ou par un semi-deuble; on n'en fera rien, si c'est un double de seconde classe; si la fête occurrente est semi-double, on ne dira ni les suffrages aux vêpres, ni les prières à Complies. De même, les vêpres du mercredi des Cendres seront de l'octave, suivant les règles ordinaires de concurrence et sans faire aucune attention à l'interruption de l'octave, qui n'existait que pour le matin. Au contraire, dans le corps de l'office et à la messe, on n'a aucun égard à l'octave; on dit le suffrage de la croix et les autres suffrages, les prières fériales aux Heures, etc., parce que le cours de l'octave est suspendu.

Cette règle se fonde sur les décrets de la S. Congrégation des Rites (1) et sur l'enseignement des auteurs (2), elle se comprend du reste facilement, si on veut bien réfléchir que, de cette façon, le but poursuivi est atteint : l'office quadragesimal, avec ses parties propres, est sauvegardé, et le cours de l'octave est le moins possible suspendu : « Alias, » dit Cavalieri du mercredi des Cendres, « omitti deberent Preces feriales cum suffragiis ratione octavæ... Et quidem suffragium, saltem de Cruce, est veluti officii ferialis proprius character, et nota præcipua, ac illius indicium, fitque solum... in officio feriali, præferturque alteri... Quoniam itaque hæc omnia commemoratio octavæ non patitur, satius adjudicavit Congregatio, quæ sunt propria officii quod agitur

(1) S. R. C., in MARSICANA, 24 Jan. 1682, ad 2 et 3 (Gardell., n. 2973); in EINSIDLEN, 23 Junii 1736, ad 4 et 5 (Gardell., n. 4044).

(2) De Herdt. *S. Lit. Prax.*, t. II, n. 243; De Carpo, *Biblioth. Lit.*, part. III, n. 109 et 110.

illæsa et intacta relinquere, commemoratione inque octavæ, quæ iisdem obsistebat, supprimere, perinde ac si feria IV Cinerum infra octavam minime recurreret (1). »

QUATRIÈME RÉGLE. — *Quand une octave cesse, on suit, pour les vêpres de la veille, les mêmes règles que pour une octave interrompue, sauf dans le cas de rencontre du jour octave lui-même ; en ce cas, l'octave cesse après none et on n'en fait rien aux vêpres.*

Ce second point a été décidé par la S. Congrégation, et le motif est celui dont nous avons eu l'occasion de parler plus d'une fois : on ne commence pas un office que l'on ne doit pas réciter le lendemain ; il n'est donc pas possible de dire le mardi avant les Cendres ou un samedi de carême les premières vêpres du jour octave, ni d'en faire mémoire (2).

II.

De Cæremoniarum Magistro ; de lectionibus trium nocturnorum.

GRANATEN.

Hodiernus Rmus Archidiaconus Metropolitanæ Granatensis Ecclesiæ, de mandato Rmi sui Archiepiscopi, sequentia Dubia Sacræ Rituum Congregationi pro opportuna solutione humiliter subjecit, nimirum :

DUBIUM I. In Ecclesia Metropolitana Granatensi munere Magistri Cæremoniarum fungitur alter ex Beneficiatis ejusdem Ecclesiæ, qui utitur habitu choralis tam in Choro quam ad Altare, exposito Sanctissimo Sacramento. Hic habitus, durante hieme, consistit in cappa nigri coloris cum linteolo etiam nigro, collo aptato. A die vero Ascensionis Domini usque ad festum Omnium Sanctorum utitur mozzetta, humerali amicrolo sine cucullo ejusdem coloris.

Quæritur :

(1) *Loc. cit.*, decret. II, n. 4 et 5.

(2) De Herdt et De Carpo, *locis citatis*.

Num liceat Magistro Cæremoniarum, attenta consuetudine non immemoriali, officium suum cum habitu choralis implere, præsertim ad Altare?

DUBIUM II. In eadem Ecclesia Lectiones recitantur aut concinuntur in Matutinis hoc ordine : prima et secunda primi nocturni, a duobus acolythis de choro, sive ordinatis, sive non. Tertia autem ab uno beneficiato; prima vero secundi nocturni ab alio ex beneficiatis; secunda a canonico juniore, sed tertia a prima Dignitate post Decanum. Demum in tertio nocturno : prima a beneficiato, a quo evangelium canendum est in Missa conventuali; secunda a canonico hebdomadario; tertia a Decano : diebus tamen quibus induuntur pluvialia in Matutinis, lectio octava canitur a Decano et nona ab hebdomadario.

Quæritur :

An licite observari queat exposita consuetudo?

Et, quatenus negative,

Quis ordo et quæ dignitas personarum servanda sit in recitatione lectionum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito alterius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, videlicet :

Ad I. *Servetur Cæremoniale Episcoporum, ac detur Decretum IN CAPUANA diei 10 Aprilis 1876.*

Ad II. *Negative ad primam partem; ad secundam : diebus solemnibus serventur dispositiones Cæremonialis Episcoporum (Lib. II, cap. v, n. 4 et cap. VI, n. 15) : diebus vero haud solemnibus servetur dignitatis ordo, ita ut Lectiones primi nocturni ab Acolythis, II. Nocturni a Beneficiatis, III demum a Canonicis recitentur.*

Atque ita rescripsit et declaravit die 14 Decembris 1894.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Le Cérémonial des Évêques (Lib. I, cap. v, n. 4) a réglé le costume des maitres des cérémonies de la cathédrale aux

fonctions pontificales : ils doivent porter la soutane violette sans ornements, boutonnières ni boutons rouges, et par dessus, la cotta ou le surplis. Le cérémoniaire chanoine dépose les insignes canoniaux, mozette ou cappa, et prend la cotta ou le surplis sur le rochet. On voit par la décision IN CAPUANA (Gardell., n. 5662) que la coutume non immémoriale ne dispense pas de suivre ces prescriptions.

Quant à l'ordre des leçons, le décret renvoie lui-même aux textes du Cérémonial des Évêques qui font loi sur la matière. Lorsque l'Évêque assiste aux matines, les six premières leçons reviennent aux six chanoines les plus jeunes, la septième et la huitième aux deux chanoines qui seront assistants de l'Évêque à la messe solennelle, la neuvième à l'Évêque lui-même. Lorsque l'Évêque est absent, la neuvième leçon est pour le célébrant, les huit autres pour les chanoines en commençant par les plus jeunes.

III.

Amissione crustæ non execratur ecclesia.

TRIDENTINA.

Rmus Dnus Episcopus Tridentinus Sacræ Rituum Congregationi sequens Dubium pro opportuna solutione humillime subjecit, nimirum :

An post Decretum in una SENIEN, die 5 Maii 1882, Ecclesiæ consecratæ, e quarum parietibus crusta, vulgo *intonaco*, majori ex parte disjecta fuit, tanquam execratæ habendæ sint, ideoque nova indigeant consecratione?

Sacra vero eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto a Commissione Liturgica, re perpensa, ita proposito Dubio rescribendum censuit, videlicet :

Negative ad utramque partem.

Atque ita rescripsit die 26 Junii 1894.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C., PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Le décret IN SENIEN ET MODRUSSEN du 5 Mai 1882, se trouve dans Gardellini sous le numéro 5840. Il s'agit d'une église qui a reçu un revêtement en marbre au lieu de l'enduit primitif; on y déclare qu'elle n'a pas perdu sa consécration et par conséquent qu'il n'est point nécessaire de la consacrer à nouveau. Sur quoi les *Ephemerides liturgicæ* font cette remarque très juste : « Consecrationem Ecclesiæ non afficere tantum materialiter opus tectorium parietum, sed totas parietes. Ecclesia enim per ritus et cæremonias præscriptas ad modum unius et integre consecratur. » On pourrait dire aussi bien que l'enduit ou le revêtement dans une église est « quid accessorium. »

Où nous ne sommes plus de l'avis des *Ephemerides*, c'est lorsque cette Revue veut appliquer cette doctrine à toutes les choses consacrées, et notamment au calice qui a perdu sa dorure, parce que « non aurea tantum superficies, sed totus calix consecratur. » La *Nouvelle Revue Théologique* a traité plusieurs fois cette question (1), et nous croyons que le passage suivant répond au raisonnement des *Ephemerides* : « La légère couche de matières ajoutée à une église que l'on a blanchie, le peu de toile nouvelle cousue à un corporal déchiré, la faible quantité d'huile non consacrée ajoutée aux saintes huiles, ne font pas perdre à cette église, à ce corporal, aux huiles saintes, leur consécration ou bénédiction, *quia parum pro nihilo reputatur*, ou mieux encore, *quia accessorium sequitur naturam principalis*. Mais la dorure intérieure de la coupe d'un calice n'est pas *quid accessorium*; cette dorure est requise par les Rubriques comme une partie essentielle, parce qu'elle doit toucher immédiatement le précieux sang. Un calice d'argent, dont la coupe ne serait pas encore dorée à l'intérieur, n'est pas

(1) Tom. VIII, 429; XVIII, 363; XIX, 675.

susceptible de consécration, parce qu'il lui manque encore une qualité substantielle requise par la Rubrique; de même, un calice dont la coupe a perdu *complètement* sa dorure intérieure, a perdu en même temps une condition substantiellement requise, il est devenu absolument inapte à la célébration de la sainte messe. Par suite, il est exécré; et, quand il sera doré de nouveau, il aura besoin d'une consécration nouvelle, parce que la dorure intérieure de la coupe n'est pas une chose accessoire, mais substantiellement requise (1). »

Nous pouvons ajouter que cette argumentation n'est pas de nous; nous la trouvons dans une note de Gardellini sur un décret du 23 Avril 1822; qu'il nous suffise de citer ce court passage : « *Simul ac calix vel fractus est, vel internam perdidit inaurationem, aut quoquo modo nequeat in sacris mysteriis adhiberi, formam amittit, qua precibus, signis et unctionibus sacer evaserat.* »

IV.

De recitatione publica Litaniarum in ecclesiis publicis.

DECRETUM.

In Sacra Rituum Congregatione duo insequentia Dubia excitata fuerunt, nimirum :

I. Quænam Litiariæ publice recitari valeant in ecclesiis, vel oratoriis publicis, vi Constitutionis Clementis Papæ VIII, et Decretorum, quæ ab illius successoribus Pontificibus promulgata fuere?

II. Utrum invocationes ad normam Litaniarum, in honorem Sacræ Familiæ, Sacratissimi Cordis Jesu, Mariæ Perdolentis,

(1) *Ibid.*, XVIII, 326.

S. Joseph, aliorumque Sanctorum in ecclesiis, vel Oratoriis publicis recitari possint?

Sacra porro Rituum Congregatio, in Ordinariis Comitibus sub-signata die ad Vaticanum coadunatis, ad relationem mei infra-scripti Cardinalis Præfecti, atque audito R. P. D. Augustino Caprara, S. Fidei Promotore, re mature perpensa, ita propo-sitis Dubiis rescribendum censuit, videlicet :

Ad I. *Litanie tantum quæ habentur in Breviario, aut in recentioribus editionibus Ritualis Romani, ab Apostolica Sede approbatis.*

Ad II. *Negative.*

Atque ita rescripsit die 6 Martii 1894.

Præsens decretum expeditum fuit die 15 Januarii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Décrets anciens.

I. La *Revue* a publié en 1882 la série des décrets pontificaux qui ont été rendus sur cette matière (tome XII, page 471); il faut cependant ajouter un décret rendu en 1878 et inséré au tome XI, page 140, et un dernier décret d'octobre 1882 qui a trouvé place dans le tome XIV, page 478. Tous ces décrets peuvent se résumer en quelques mots :

1° Les décrets prohibitifs exceptent toujours « antiquissimas et communes Litanias, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon Litanias de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent. » Ce sont les termes dont on s'est constamment servi jusqu'ici.

2° En dehors de ces Litanies approuvées, on ne peut ni « alias edere, » ni « jam editis in ecclesiis, sive oratoriis,

sive processionibus uti, » sans l'approbation de la S. Congrégation. Ce sont là les termes du décret de Clément VIII ; au lieu du dernier membre de phrase, les décrets de l'Index disent : « nec publice in ecclesiis, publicis oratoriis et processionibus recitentur. »

3° Telle était la rigueur de la règle ancienne ; elle a été modifiée en 1860 : l'approbation de l'Ordinaire suffit pour l'impression et la récitation privée des Litanies ; il faut toujours l'approbation de la S. Congrégation pour la récitation publique dans les églises ou oratoires publics et les processions : « Non edantur sine revisione et approbatione Ordinarii, nec publice in ecclesiis, publicis oratoriis, et processionibus recitentur absque licentia et approbatione Sacrorum Rituum Congregationis. » Un MONITUM subséquent de la S. Congrégation des Rites, qui paraissait plus sévère, a reçu d'elle l'interprétation authentique suivante : « Monitum, de quo agitur, respicere Litanias in liturgicis et publicis functionibus recitandas : posse vero, imo teneri Ordinarios alias seu novas Litanias examinare, et, quatenus expedire putent, approbare ; et non nisi pro privata atque extraliturgica recitatione. »

II. La *Revue* ne s'est pas bornée à publier la série des décrets du Saint-Siège sur la matière ; elle a cherché le sens précis de la prohibition portée en ces termes : « nec publice in ecclesiis, publicis oratoriis et processionibus recitentur. » Dans une Dissertation insérée au tome XIII, page 425, elle croit que la défense porte seulement sur l'introduction *dans une fonction liturgique* de Litanies approuvées seulement par l'Ordinaire ; à la page 525 du même volume, elle publie la lettre d'un abonné qui lui assure que, à Rome, « on tient comme prohibée toute récitation publique dans les églises et les oratoires, soit pendant les offices, soit en dehors des offices. » Tout en remerciant son bienveillant correspondant,

la *Revue* exprime le désir qu'on recoure au Saint-Siège et qu'on obtienne une interprétation authentique (1).

On ne connaissait pas alors la réponse de la S. Congrégation des Rites rappelée plus haut et donnée pour interpréter son MONITUM. Au premier abord, on pourrait dire que cette interprétation tranche la question : le mot *extraliturgique* s'y trouve, et le sens paraît être que l'approbation du Saint-Siège est requise pour l'usage des Litanies dans les fonctions liturgiques *ou* publiques, et que l'approbation de l'Ordinaire suffit pour toute récitation privée *ou* extraliturgique. Mais on peut très bien soutenir aussi que le MONITUM reconnaît trois usages différents des Litanies, il requiert l'approbation du Saint-Siège pour leur usage : 1° Dans les fonctions *liturgiques*, ce que personne ne conteste; 2° Dans les fonctions *extraliturghiques*, mais *publiques*; 3° Il se contente de l'approbation de l'Ordinaire pour la récitation *extraliturghique*, si elle est *privée*.

Décret nouveau.

Tel est le résumé des déclarations du Saint-Siège et la controverse qui s'en est suivie; il nous reste à examiner quelles sont les conséquences du décret actuel, et quelles lumières il nous apporte. Comme toujours, il faut peser attentivement les termes du document pour en préciser le sens.

(1) La *Revue des sciences ecclésiastiques* s'est occupée deux fois de la question; en 1861, elle interprète la défense comme la *Nouvelle Revue Théologique*: « L'Ordinaire, dit-elle, a désormais qualité pour permettre la publication de nouvelles Litanies, et l'intervention de la S. Congrégation des Rites n'est plus nécessaire que pour en autoriser l'usage *liturgique* » (Tome iv, page 564). En 1874, elle va plus loin, et regarde comme défendue la récitation des Litanies dans les neuvaines, les prières en commun, qui se font dans les églises ou chapelles de communautés par manière de fonction publique, avec intervention du ministère sacerdotal (Tome xxx, page 174).

I. A ce point de vue, il faut bien noter la première question et sa réponse. On demande quelles Litanies « publice recitari valeant in Ecclesiis vel oratoriis publicis ; » il n'y a pas le moindre doute, ce sont les termes mêmes des prohibitions précédentes ; la réponse nous dira quelles sont les Litanies approuvées par le Saint-Siège, dont on peut, par conséquent, faire usage même dans les fonctions liturgiques. On répond que ce sont celles-là seulement qui se trouvent dans le Bréviaire ou *dans les récentes éditions du Rituel Romain approuvées par le Saint-Siège.*

On ne nomme pas, comme précédemment le Missel et le Pontifical ; mais personne ne croira que ce soit pour les exclure. Du reste, le Missel et le Pontifical ne contiennent pas de Litanies qu'on ne trouve également dans le Bréviaire et le Rituel.

Mais il est plus important de constater qu'on ne dit pas, comme dans les décrets antérieurs : « in Breviariis, Ritualibus ; » on dit : *in recentioribus editionibus Ritualis Romani ab Apostolica sede approbatis.*

Pourquoi ces termes ? C'est, sans aucun doute, que les récentes éditions du Rituel doivent être suivies en ce qui concerne les Litanies et contiennent quelque changement à la législation antérieure. Or, ces éditions récentes ne peuvent être que l'édition typique et celles qui lui sont conformes. Que contiennent donc de nouveau ces éditions ? Rien dans le corps du Rituel proprement dit ; car nous comptons pour rien l'addition : 1° Dans les Litanies des Saints, du nom de saint Joseph et celle des deux versets : *A flagello terræ motus*, et *A peste, fame et bello* ; 2° Dans les Litanies de la recommandation de l'âme, des noms de saint Camille et de saint Jean de Dieu. D'ailleurs, les nouvelles éditions des Bréviaires contiennent aussi ces modifications, et cependant le décret ne dit point : *in recentioribus editio-*

nibus breviarii; il n'emploie ces termes que pour le Rituel. Il faut donc chercher autre chose pour les justifier.

C'est dans l'Appendice au Rituel qu'on trouve l'explication. Il contient les Litanies du saint Nom de Jésus et les Litanies, prières et oraisons que l'on doit dire à Rome à l'exposition des Quarante heures, lesquelles sont un peu différentes des Litanies des Saints ordinaires. Les termes du décret actuel ont pour but de nous apprendre que ces Litanies de l'Appendice peuvent désormais être chantées partout.

On n'objectera pas, nous le pensons, du moins, que l'Appendice du Rituel n'est pas de droit commun, et qu'un indult est nécessaire à chaque diocèse pour en introduire l'usage. Cela est vrai pour certaines bénédictions qui s'y trouvent renfermées; cela n'est pas exact d'une manière générale. L'Appendice du Rituel est une collection de décrets, de prières, de bénédictions très diverses; l'indult dont on parle n'est pas toujours nécessaire, et il n'est pas suffisant pour permettre l'usage de tout ce qui s'y trouve contenu. Exemple : l'Instruction pour les prêtres bineurs, le décret sur l'huile de la lampe du très saint Sacrement, etc., ont un caractère général. Qui dira que les Litanies de Lorette ne sont pas permises partout? Or, elles se trouvent dans l'Appendice du Rituel entre les Litanies de l'exposition des Quarante Heures et les Litanies du saint Nom de Jésus. Telle est donc bien certainement le motif des termes dont s'est servie la S. Congrégation dans son décret.

Du reste, on ne peut douter de l'approbation pontificale donnée aux Litanies de l'exposition des Quarante Heures, puisqu'elles sont prescrites par l'Instruction Clémentine et qu'il est défendu d'y rien changer.

Quant à l'approbation des Litanies du saint Nom de Jésus, l'histoire serait longue à faire; mais elle n'est pas nécessaire. Qu'il nous suffise de rappeler que Pie IX avait approuvé un

texte et attaché trois cents jours d'indulgences à la récitation de ces Litanies dans les diocèses dont les Ordinaires en feraient la demande. Dès lors que le texte était approuvé, ne devait-on pas conclure qu'il était permis de les réciter publiquement dans les églises? La concession des indulgences pouvait bien être restreinte à tel ou tel diocèse; l'approbation se pouvait-elle restreindre? Au moins, les diocèses qui jouissaient des indulgences n'avaient-ils pas certainement le droit de faire, de ces Litanies, un usage liturgique? La question fut posée en 1863 au nom du Cardinal Archevêque de Malines :

Utrum in iis locis pro quibus Indultum Apostolicum... concessum fuit et in posterum concedetur, Litanie Sanctissimi Nominis Jesu... lingua latina publice in ecclesiis et oratoriis publicis ac in processionibus, æque ac Litanie Lauretanæ, recitari ac decantari licite possint?

Voici quelle fut la réponse :

Reverendissime Domine,

Sacra Rituum Congregatio, consideratis omnibus quæ exposuisti relate ad usum publicum Litaniarum sanctissimi Nominis Jesu, præhabito Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ IX oraculo, declarat easdem Litanias... lingua latina publice in Ecclesiis et in supplicationibus cani ac recitari posse; attamen omnino exclusa versione in aliam linguam... (1).

On remarquera avec quel soin la S. Congrégation exclut de sa réponse, malgré la manière dont la question était posée, toute expression qui paraîtrait restreindre l'approba-

(1) On trouve le document en entier, supplique et réponse, dans la *Revue des sciences ecclésiastiques*, t. XI, p. 187.

tion ; aussi de bons auteurs soutenaient-ils que l'approbation, une fois donnée, vaut partout ; ce qui aurait été restreint à tel ou tel diocèse, c'était la concession des indulgences. Quoi qu'il en soit de cette discussion, la question ne peut plus présenter le moindre doute depuis le 16 Janvier 1886, puisque, à cette date, Léon XIII a étendu à l'univers entier la concession des indulgences (1).

Conclusion : nous ne nous trompons point, en interprétant comme nous le faisons les expressions : *In recentioribus editionibus Ritualis romani ab Apostolica Sede approbatis*, du décret récent. Les Litanies insérées dans l'Appendice sont bien approuvées maintenant comme les Litanies des Saints, les Litanies de Lorette, etc., et il est permis de les réciter ou chanter *publice in ecclesiis et publicis oratoriis*.

2° Autre question : ce décret nous permet-il de préciser le sens de ces derniers mots et de prendre parti entre les différentes opinions qui se sont produites sur ce point ? Nous croyons pouvoir répondre affirmativement, et c'est de la comparaison des deux questions posées que nous déduirions notre sentiment. Il est bien remarquable, en effet, que le mot *publice* manque dans la seconde question, de sorte que sa réponse signifie littéralement que les invocations autorisées seulement que les Ordinaires ne peuvent se réciter dans les églises. On peut donc traduire ainsi les deux réponses : « *Litaniæ tantum quæ habentur in Breviario, aut in recentioribus editionibus Ritualis Romani ab Apostolica Sede approbatis publice in Ecclesiis vel oratoriis publicis recitari valent ; invocationes autem ad normam Litaniarum, in honorem Sacræ Familiæ, Sacratissimi Cordis Jesu, Mariæ Perdolentis, S. Joseph, aliorum Sanctorum in Ecclesiis vel*

(1) Voir *Nouv. Revue Théol.* xviii, p. 337.

oratoriis publicis recitari nequeunt. » De sorte que nous distinguerions pour notre part, et sauf meilleur avis :

1° Le chant ou la récitation des Litanies dans une *fonction liturgique*; elle n'est permise que pour les Litanies approuvées par le Saint-Siège, et nous les connaissons par la réponse *Ad primum* du décret;

2° La récitation *extraliturgique* des Litanies approuvées seulement par les Ordinaires; elle est toujours permise, si elle est *privée*; elle est défendue, si elle a lieu *publiquement* dans une église ou oratoire public.

V.

De functionibus Majoris Hebdomadæ; de Sancto altaris titulari

BELLUNEN ET FELTREN.

Rmus Dnus Salvator Joannes Baptista Bolognesi, Episcopus Bellunen et Feltren, nonnulla Dubia Sacræ Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum :

In Diœcesibus Bellunen et Feltren plures existunt Ecclesiæ ad Regulares Familias olim pertinentes, quæ, iisdem Regularibus initio hujus sæculi per civile Gubernium dispersis, Clero sæculari attributæ sunt. Hisce in Ecclesiis, ubi mos viget peragendi sacras Majoris hebdomadæ functiones, nonnullis abhinc annis, deficiente sacerdotum numero, quædam inductæ sunt consuetudines, unde suborta sunt insequentia dubia :

DUB. I. An *Passio Domini*, deficientibus aliis ministris, cantari possit a Diacono ministrante quoad textum Evangelistæ, et a Celebrante quoad verba a Christo prolata; vel a duobus Diaconis, quorum alter sit ipse Diaconus ministrans; vel (si Subdiaconus ministrans sit in ordine diaconali) a duobus Missæ ministris?

DUB. II. An Feria V in Cœna Domini liceat Missam canere cum alterius Hostiæ delatione ad Sacellum (vulgo *sepulcrum*), quamvis die sequenti, ea in Ecclesia, Missa Præsanctificatorum

non celebretur, eamdem Hostiam e Sepulcro in Sacrarium sub vesperam privatim deferendo?

Et, quatenus negative,

DUB. III. An liceat prædicta Feria v Missam canere absque alterius Hostiæ consecratione, et absque processione?

DUB. IV. Ubi vero nulla eadem Feria v habeatur functio, an possit Sacra Pyxis in suo altari servari usque ad solis occasum, ut fideles, loco Sepulcri, ad SSmam Eucharistiam adorandam accedere valeant?

DUB. V. An pro altarium denudatione sufficiat mappas, seu tobaleas, ita complicare ut major mensæ pars nudata remaneat, quin ipsæ mappæ ab altaribus amoveantur?

DUB. VI. In utraque Ecclesia Cathedrali, quibus diebus agitur officium de aliquo Sancto in cuius honorem dicatum sit alterum ex altaribus lateralibus, Missa Conventualis celebratur ad illud altare, manentibus in Choro canonicis aliisque præbendis. An hæc consuetudo sit toleranda?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicæ, ita propositis Dubiis rescribere rata est, videlicet :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative juxta Decretum Pii Papæ VII (RESOL. DUBIOR., 28 Junii 1821, appr. 31 Julii eodem anno), de venia saltem Episcopi.*

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Serventur Rubricæ.*

Ad VI. *Affirmative, dummodo altare nimis non distet a Choro; secus Missa celebretur in altari choralis, vel chorus adscititius pareatur ad altare, ubi Missa Conventualis celebranda sit.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 1 Februarii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. Secret.


Nous n'avons point l'intention de commenter ce décret; mais il n'est peut-être pas inutile de citer ici la réponse IN UNA RESOLUTIONIS DUBIORUM du 31 Juillet 1821, invoquée par la S. Congrégation. Cette fois encore, nous sommes en face d'une erreur de date; cette réponse est, non pas du 28 Juin, mais du 28 Juillet 1821, et a bien été confirmée par Pie VII le 31 de ce même mois. On la trouve dans Gardellini sous le numéro 4583; et en voici le texte :

I. An toleranda sit consuetudo vicens in quibusdam Parœciis, præsertim in ruralibus, celebrandi per Parochum Missam lectam Feria v in Cœna Domini, quin peragi valeant, eadem Feria, et sequenti, cæteræ Ecclesiasticæ functiones præscriptæ ob Clericorum defectum, vel potius abolenda?

RESP. Ad I. *Affirmative, et ad mentem : mens est, ut locorum Ordinarii quoad Parœcias, in quibus haberi possint tres, quatuorve saltem clerici, Sacras Functiones Feriis V et VI, ac Sabbatho Majoris Hebdomadæ peragi studeant, servata forma parvi Ritualis s. m. Benedicti XIII anno 1725 jussu editi : Quoad alias Parœcias, quæ Clericis destituuntur, indulgere valeant ob populi commoditatem, ut Parochi (petita quotannis venia) Feria V in Cœna Domini Missam lectam celebrare possint, priusquam in Cathedrali vel Matrice Conventualis incipiat. Et ad D. Secretarium cum SSmo...*

Sanctitas Sua Sac. Congregationis responsum approbavit, confirmavitque, atque ut ab omnibus servetur, in acta ejusdem Congregationis referri, typisque evulgari præcepit.

Pour expliquer la décision, Gardellini a une très longue note, que l'on fera bien de lire, mais que nous ne pouvons songer à insérer ici.



 LA MÉDAILLE MIRACULEUSE.

La Médaille miraculeuse est bien connue en France, et tous, prêtres et fidèles, professent en elle la plus grande confiance. Cependant, il faut reconnaître que, plus on s'éloigne des temps de l'apparition de la très sainte Vierge à Catherine Labouré, moins l'origine de cette médaille est connue. Les privilèges que le Saint-Siège vient d'accorder à la Congrégation de la Mission vont puissamment servir à la faire connaître davantage et à augmenter la confiance.

Nous devrions logiquement commencer par raconter l'histoire de la Médaille ; mais nous allons publier tout à l'heure un document qui la contient. Nous ne voulons pas non plus relater *in extenso* les décrets antérieurs dont elle a été l'objet ou l'occasion ; nous nous bornons à les indiquer en quelques lignes.

La *Revue* a eu l'occasion de parler bien des fois du célèbre décret d'Urbain VIII sur les images de Notre-Seigneur, de la très sainte Vierge et des Saints, sculptées, peintes ou vêtues « cum alio habitu et forma, quam in catholica et Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit (1) » ; la S. Congrégation des Rites a jugé en 1836 que l'image de Marie Immaculée, gravée sur la Médaille dont nous parlons, tombait sous les prohibitions de ce décret ; en conséquence, elle défendit de la placer sur un autel (2).

(1) Const. *Sacrosancta*, § 1. Vid. *Bullar. Rom.*, tom. vi, partie II, pag. 321 (*Nouv. Revue Théol.*, tome x, pag. 7).

(2) S. R. C. in una CONGREGATIONIS MISSIONIS, 27 Augusti 1836, ad 3 et 6

Une nouvelle instance, faite en 1837, n'eut pas plus de succès (1). Même en 1878, la S. Congrégation, tout en permettant d'exposer à la vénération des fidèles dans les églises les statues ou images de la sainte Vierge sous le titre de *Notre-Dame de la Salette*, de *Lourdes* ou de *l'Immaculée Conception* rappelle encore le décret d'Urbain VIII (2).

Aussi nous réjouissons-nous avec la Congrégation de la Mission et avec tous les dévots à la Vierge Immaculée, des privilèges nombreux qui ont été obtenus du Saint-Siège et nous empressons-nous de les publier. Mais comme ils émanent de plusieurs Congrégations différentes, nous avons cru bon de les réunir sous un titre séparé, au lieu de les disperser dans la *Revue* en insérant chacun parmi les décrets de la Congrégation qui l'a émis ; nous aurions été obligé de renverser l'ordre des dates et aussi l'ordre logique des décrets, au dépens de la clarté de l'ensemble.

I.

CONCESSION D'UNE FÊTE.

Le plus important de ces décrets, celui qui est le point de départ de toutes les autres faveurs, est le décret de la S. Congrégation des Rites qui concède aux membres de la

(Gardell., n. 4793 ; *Nouv. Revue Théol.*, tom. x, pag. 9). La Collection de Gardellini renferme une note pour rendre raison de cette décision.

(1) S. R. C. in una CONGREGATIONIS MISSIONIS, 11 Martii 1837 (Gardell., n. 4804).

(2) S. R. C. in una PORTUS ALOISII, 11 decembris 1878 (*Nouv. Revue Théol.*, tome XI, page 140). Ce dernier décret ne se trouve point dans Gardellini. C'est surtout pour l'expliquer qu'il est bon de recourir à la note insérée au numéro 4793 de sa Collection : on y voit comment la statue dont il s'agit est tolérée dans certaines églises de Rome même, et comment Gardellini ne dénie pas complètement aux Ordinaires, le droit, qui leur est reconnu par ce nouveau décret, de la tolérer.

Congrégation de la Mission une fête de l'Apparition de la Vierge Immaculée de la Médaille miraculeuse, avec office et messe propres. Cette fête se fera le 27 Novembre et sous le rite double de seconde classe dans la Congrégation ; elle pourra être étendue aux Diocèses ou aux familles religieuses qui en feront la demande, mais sous le rite double majeur.

Nous croyons devoir publier le décret de concession et en outre les leçons du second nocturne de la fête, parce qu'elles contiennent l'histoire de l'Apparition et, par là-même, font connaître l'origine de la Médaille. Nous tenons ainsi la promesse faite au commencement de cet article.

Décret de concession.

Rmus D. Antonius Fiat, Superior Generalis Congregationis Missionariorum a S. Vincentio a Paulo, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII supplex exoravit, ut benigne reputans mirabilem inter Christifideles propagationem Sacri Numismatis, quod ab Immaculata Deiparæ Conceptione nuncupatur, nec non filialis pietatis augmenta et uberrimos sive temporales, sive spiritualis salutis fructus omnibus perspectissimos, qui in Christianam Rempublicam exinde dimanarunt, dignaretur totam Sacræ Rituum Congregationis examini concedere, ut legitimis, quæ supernaturalem tanti eventus originem apprime comprobant, documentis data opera perspectis, solemne festum cum Officio et Missa propriis sub ritu duplici secundæ classis in honorem Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ a *Sacro Numismate* ab universa Congregatione sibi commissa, de ipsius cultu et propagatione præcipue merita, celebrari posset. Quum vero ejusmodi preces, cum schemate Officii et Missæ, a me infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto et Causæ Ponente in ordinariis Sacræ ipsius Congregationis Comitibus signata die ad Vaticanum habitis, relatæ fuerint, Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, omnibus maturo examine perpensis, atque audito R. P. D. Augustino Caprara

S. Fidei Promotore, rescribendum censuerunt; *Pro gratia, et, quoad Officium et Missam, ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.*

Die 10 Julii 1894.

Quare ejusmodi Officii et Missæ a me ipso subscripto Cardinali una cum eodem Promotore Fidei novo schemate confecto, prouti heic præjacet Decreto, Sanctitas Sua, ad relationem mei ipsius Cardinalis Præfecti, illud approbavit, simulque Festum sub titulo Manifestationis Immaculatæ Virginis Mariæ a *Sacro Numismate* quotannis, die 27 Novembris, ab Alumnis Congregationis Missionis sub ritu duplici secundæ classis, et ab expectantibus locorum Ordinariis Religiosorumque Familiis sub ritu duplici majori celebrandum indulsit.

Die 23 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Leçons du 2^e nocturne.

LECTIO IV. — Anno Christi millesimo octingentesimo trigesimo, quod legitima testantur monumenta, Beatissima Dei Mater sanctimoniali cuidam fœminæ, Catherinæ Labouré nuncupatæ, e familia Puellarum charitatis sancti Vincentii a Paulo, sese videndam exhibuit; eandemque jussit curare ut Numisma in honorem Immaculatæ Conceptionis suæ cuderetur. Cudendi autem ea lex erat ex visu, ut in adversa fronte Deiparæ prostaret effigies, virgineo quidem pede serpentis proterens caput, manibus vero patulis subjectum terræ orbem radiis illustrans; inscripta circum circa ea prece : O Maria Concepta sine peccato, ores pro nobis qui ad te confugimus. Inesse autem in fronte aversa sacrosanctum Mariæ nomen debebat, eminente supra crucis signo, binis inferius adjectis cordibus, altero obsito spinis, altero ense transosso. Jubenti Virgini paruit puella; remque divinitus acceptam eventus comprobavit. Vix enim novum

Numisma in vulgus prodiit, illico a christifidelibus, uti religio Matri sanctissimæ pergrata, coli certatim ac gestari cæptum; in Gallia primum, mox, probantibus Episcopis, ubique terrarum. Cujus augescentis in dies reverentiæ ac fiduciæ id causæ fuit, quod a Virgine respiciente plurima patrabantur mira seu corporis ærumnis levandis, seu animis e vitiorum cœno eruendis.

LECTIO V. — In his illud præ ceteris memoratu dignum, quod Alphonso Ratisbonne Romæ contigit decimo tertio Kalendas februarii anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, legitimo ecclesiasticæ auctoritatis testimonio comprobatum. Argentorati judaicis ortus parentibus, in Orientem iter faciens Alphonsus Romæ substiterat. Ubi quum amicitiam cum nobili viro, ex hæresi ad catholica sacra converso, junxisset, is, adolescentis miseratus vicem, omni ope contendit ut illum ad veram Christi religionem traduceret. Nihil tamen verbis profectum; unum hoc impetratum, ut hebræus homo sacrum Deiparæ Numisma e collo pendens deferret. Preces interim pro eo ad Virginem Immaculatam adhibebantur. Nec diu Virgo exorata auxilium conferre distulit. Nam, quum Alphonsus templum sancti Andreæ in Vico nemorensi, vulgo *delle Fratte*, fortuito sub meridiem esset ingressus, repente illi ædes obscurari visa, una excepta Archangeli Michaelis cella, unde vividior contra lux emicabat. Eo dum, horrore correptus, advertit oculos, ecce illi Beata Virgo Maria conspiciendam se præbet vultu mitissimo, eoque habitu quo in sacro Numismate refertur. Cœlesti visu subito immutari Alphonsus; tum lacrimis perfusus judaicam abhorrere perfidiam, et catholicam religionem, quam paulo ante detestabatur, veram profiteri totoque pectore amplecti. Christiana dogmata edoctus, paucis post diebus, comrauni Urbis lætitia, sacro baptismate lustratus est.

LECTIO VI. — Tantæ igitur pientissimæ Matris per sacrum Numisma potentiæ ac liberalitatis ut memoria recoleretur, simulque christianarum gentium erga Immaculatam ejusdem Virginis Conceptionem religio ampliores haberet auctus, censuit Apostolica Sedes, quod dudum ab ea pro sacratissimo

Rosario et carmelitico Scapulari concessum fuerat, Manifestationem hanc sanctissimæ Dei parentis et sacrum ipsius Numisma peculiari festo quotannis commemoranda. Quamobrem tota factorum serie a Sacra Rituum Congregatione recognita mature perpenſa, ex ejusdem Congregationis consulto Leo decimus tertius Pontifex Maximus Societati Presbyterorum Sancti Vincentii a Paulo, quibus ex sancti Auctoris lege ſolemne ſemper fuit illabem Mariæ originem profiteri et colere, Manifestationis ejusdem Beatæ Virginis Officium et Miſſam celebrare conſeſſit, idemque indultum ad ſingulos Episcopos ac Religioſorum familias petentes extendit.

II.

CONCESSION D'INDULGENCES.

Une conſeſſion d'indulgenſes a ſuivi la conſeſſion de la Fête. Elles ont été accordées par Brefs; le premier, qui porte la date du 24 Août 1894, accorde une indulgenſe plénière, applicable aux âmes du purgatoire, à tous les fidèles qui, vraiment contrits, conſeſſés et communiés, viſiteront le jour de la fête, c'est-à-dire le 27 Novembre, toute église ou oratoire d'une maïſon des Prêtres de la Miſſion ou des Filles de la Charité. Cette indulgenſe eſt concédée pour ſept ans ſeulement. Voici d'ailleurs le texte du Bref.

LEO PP. XIII.

Universis Chriſtïfidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem et Apoſtolicam Benedictionem.

Ad augendam fidelium religionem animarumque ſalutem procurandam cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus et ſingulis utriuſque ſexus Chriſtïfidelibus vere pœnitentibus et conſeſſis ac ſacra Communione reſectis qui die feſto Manifeſtationis Immaculatæ Mariæ Virginis a Sacro Numismate, videlicet die vigesima ſeptima menſis Novembris, quamlibet

Ecclesiam sive Oratorium piis domibus adnexum Presbyterorum Congregationis Missionis, sive Filiarum Charitatis, ubique terrarum existentibus, a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint; Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Deo concedimus atque elargimur. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxiv Augusti mccccxciv, Pontificatus Nostri Anno decimoseptimo.

PRO D. CARD. DE RUGGIERO,

NICOLAUS MARINI, *Substit.*

Un second Bref, du 4 Septembre 1894, valable lui aussi pour sept ans seulement, accorde aux Prêtres de la Mission et aux Filles de la Charité une indulgence de 300 jours, applicable aux âmes du purgatoire, à gagner sept fois le jour, pour la récitation, de cœur au moins contrit, de l'oraison jaculatoire : *O Marie conçue sans péché, priez pour nous qui avons recours à vous.* Comme cette indulgence n'est pas pour tous les fidèles, nous croyons que ce résumé du Bref suffit.

Il peut être bon de rappeler que, par décret de la S. Congrégation des Indulgences du 15 Mars 1884, Notre Très Saint Père le Pape Léon XIII a accordé à tous les fidèles

une indulgence de cent jours, une fois le jour, pour la récitation de la même oraison jaculatoire. Cette indulgence est mentionnée dans la *Raccoltà* et applicable aux âmes du purgatoire.

III.

I.A FÊTE CHEZ LES SŒURS DE LA CHARITE.

Non seulement le Souverain Pontife a concédé aux Prêtres de la Congrégation de la Mission l'institution, avec office et messe propres, de la Fête de l'Apparition de Notre-Dame de la Médaille miraculeuse; mais il a daigné y associer toutes les maisons des Filles de la Charité répandues par tout l'univers. Par rescrit de la S. Congrégation des Rites, il permet que le 27 Novembre, jour de la Fête, toutes les messes célébrées dans les églises ou oratoire de ces maisons soient de la Fête, sauf l'occurrence, dans un diocèse particulier, d'un double de première classe en ce qui concerne la messe solennelle, ou d'un double de seconde classe pour les messes privées; et, dans ce cas, faculté de transférer la Fête à un jour libre suivant est accordée.

Voici l'indult de concession :

CONGREGATIONIS MISSIONIS.

Antonius Fiat, Moderator Generalis Congregationis Missionis et Filiarum a Charitate S. Vincentii a Paulo, a Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII, humillimis datis precibus, efflagitavit, ut in omnibus ecclesiis sive oratoriis earundem Filiarum a Charitate, quotannis die xxvii Novembris, a quovis Sacerdote in eis Sacrum facturo celebrari valeat Missa nuper ab Apostolica Sede approbata et Alumnis suæ Congregationis concessa pro festo Manifestationis Immaculatæ Virginis Mariæ a Sacro Numismate vulgo *della Medaglia miracolosa*. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab

eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, annuit juxta preces, dummodo tamen in respectivis Kalendariis Diœcesium, in quibus præfatæ Filiæ a Charitate degunt, non occurrat quoad Missam solemnem duplex primæ classis, et quoad lectas duplex etiam secundæ classis : quo in casu Sacra eadem Congregatio idem privilegium ad aliam subsequentem diem liberam amandari concessit : servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Diei 7 Septembris 1894.

PRO ILLMO ET RMO D. CARD. C. ALOISI-MASELLA, PRÆF.
L. M. CARD. PAROCCHI.

A. TRIPEPI, *Secret.*

Nous ne nous arrêterons pas davantage à ce dernier privilège, et nous ne chercherons point à expliquer les règles à suivre dans la célébration des messes. Il se trouve que nous avons un travail tout préparé sur les messes de ce genre, qui sont si fréquemment accordées par la S. Congrégation ; nous le publierons prochainement et nous nous contentons d'y renvoyer le lecteur.

Deux faveurs nouvelles sont venues compléter les précédentes : partout où les Lazaristes et les Filles de la Charité n'ont pas d'église ou en ont une trop petite, ils sont autorisés à faire la fête dans une église étrangère, si le curé ou le supérieur de cette église y consent. Bien plus, tous les prêtres qui y viennent dire la messe, peuvent dire la messe propre de la fête.

CONGREGATIONIS MISSIONIS ET FILIARUM CHARITATIS.

Ex Apostolico Indulto diei 23 Julii hoc anno Congregationi Missionis Alumnis concessum est, ut ab ipsis festum Manifestationis Immaculatæ Virginis Mariæ a Sacro Numismate, vulgo

della Medaglia miracolosa, quotannis die vigesima septima Novembris sub ritu duplici secundæ classis recolatur, cum Officio ac Missa propriis, rite approbatis. Quum vero contingat, ut aliquibus in locis memorati Alumni vel Filiæ Charitatis Ecclesia suæ domui contigua haud satis ampla tuantur, vel careant omnino, Rmus Dnus Antonius Fiat, Moderator Generalis Congregationis Missionis et Filiarum Charitatis, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII iteratis precibus rogavit, ut ab iisdem enuntiatum Festum in aliena Ecclesia, de consensu respectivi Parochi vel Rectoris, recoli valeat; facta scilicet potestate singulis sacerdotibus, inibi Sacrum facturis, Missam propriam celebrandi nuper Alumnis suæ Congregationis concessam. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus ab eodem Sanctissimo Domino Nostro sibi specialiter tributis, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces; servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 Novembris 1894.

PRO EMO ET RMO DNO CARD. ALOISI-MASELLA, PRÆF.
L. M. CARD. PAROCCHI.

PRO R. P. D. ALOISIO TRIPEPI, *Secretario*.
ANTONIUS SARDI, *Substitutus*.

Le second rescrit concerne la translation de la solennité extérieure de la fête. C'est une faveur très importante que la concession de cette solennité extérieure : combien de fidèles ne célébreraient point la fête, n'en gagneraient point les indulgences, si la solennité n'était transportée à un jour où il leur est plus facile de s'y associer ?

CONGREGATIONIS MISSIONIS.

Quo cultus et pietas erga Immaculatam Virginem Deiparam a Manifestatione Sacri ipsius Numismatis, vulgo *La Medaglia*

miracolosa, magis magisque foveatur, et majori Christifidelium spirituali bono consulatur, Rmus D. Antonius Fiat, Moderator Generalis Congregationis Missionis, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII humillimis precibus exoravit, ut extrinseca solemnitas ejusdem Manifestationis tum ab Alumnis ipsiusmet Congregationis, tum a Filiabus Charitatis, in Ecclesiis, sive publicis, sive propriis, sive aliorum, de Rmi Ordinarii consensu, Oratorii, ubi opportunius videbitur pro locorum adjunctis, institui valeat aliqua die vigesimam septimam Novembris subsequente vel antecedente, facta potestate Missas omnes celebrandi proprias de eodem Festo.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus ab eodem Sanctissimo Domino Nostro sibi specialiter tributis, ita precibus benigne annuit, ut expetita solemnitas peragi valeat una e subsequentibus diebus, minime festum ipsum antecedentibus; dummodo non occurrat Duplex primæ classis, vel Dominica privilegiata primæ classis, aut aliquod Festum Deiparæ quoad missam solemnem, et Duplex etiam aut Dominica privilegiata secundæ classis quoad missas lectas, Missa quoque conventuali, vel Parochiali, officio diei respondente non ommissa, ubi eam celebrandi onus adsit; servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 Novembris 1894.

PRO EMO ET RMO DNO CARD. ALOISI-MASELLA, PRÆF.
L. M. CARD. PAROCCHI.

PRO R. P. D. ALOISIO TRIPEPI, *Secret.*
ANTONIUS SARDI, *Substitutus.*

On remarquera :


1° Que, pour que la translation de la solennité puisse se faire dans une église autre que celles des Lazaristes ou des Filles de la Charité, le consentement de l'Ordinaire est de rigueur;

2° Que la S. Congrégation n'a pas accordé que la solen-

nité extérieure précédât la fête et l'a concédée seulement pour les jours qui suivent. C'est peut-être un malheur, parce que le dimanche qui suit le 27 Novembre sera toujours le premier dimanche de l'Avent, et la solennité n'y sera pas possible; parfois même, la solennité de l'Immaculée Conception, concédée par indult à certains diocèses, forcera de différer encore la solennité de la fête de la Médaille miraculeuse. Il est pourtant bien désirable que cette solennité soit fixée à un dimanche, pour que le peuple puisse s'y associer; et on n'aura, en tout cas, que les dimanches privilégiés de l'Avent, où les messes basses de la fête seront toujours impossibles.

Quant aux jours exceptés de la concession, et aux règles à suivre pour la célébration de la messe propre de la fête, nous nous bornons à renvoyer au travail dont nous avons déjà parlé (1).

(1) Page 160.



CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES RITUALES

SUPER ORATORIIS PRIVATIS

De quibus deliberabitur in Academiæ liturgicæ conventibus, quos auspice viro Eminentissimo Lucido-Maria Parocchi, Episcopo Albanensi, S. R. E. Cardinali et Sanctissimi Domini nostri Leonis PP. XIII Vicario generali, Romæ in ædibus presbyterorum Missionis prope curiam Innocentianam, anno 1895, habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam collationem habere debent, meminerint illud, quod nostro in cœtu solemne semper fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda.

De Oratoriis privatis.

I.

Die 14 Novembris 1894, hora 3 1/4 a meridie.

Cum a triennio Ambrosius nobilis vir gravi ac diro morbo decumberet, de hoc præ cæteris, pro animi sui pietate, afficiebatur mœrore, quod eucharistico sacrificio adesse prohiberetur. Occasionem itaque nactus, qua Petrus finitimæ diœcesis Ordinarius, et nuper suæ diœcesis administrator renunciatus, sacræ visitationis causa illuc advenerat, eum enixe rogavit ut extremis hisce peregrinationis suæ diebus, in propinquiore cubiculo missæ celebrationem aliquoties saltem in hebdomada sibi vellet indulgere. Anceps aliquantulum hæsit Petrus, veritus ne, dum piis

Ambrosii votis satisfaceret, facultatis suæ hac super re limites excederet. At Vicarius generalis, qui et ipse aderat, in iis rerum adjunctis illud ab eo permitti posse opinabatur, eo vel maxime quod defuncti ejusdem parentes oratorii privati privilegio jam a Sancta Sede ditati fuerant. Qua de re Petrus perlibenter annuit ut oratorium ad ipsius Ambrosii mentem erigeretur pro unica missa quotidie celebranda. Post aliquot autem dies ingravescente morbo, Parochus, ea fretus facultate, missam ibidem celebrans, sacram Eucharistiam ad modum viatici ægroto administravit : quinimo, eo insequenti die summo mane e vivis sublato, missam de requiem ut in die obitus ibidem pariter celebravit antequam e domo defuncti discederet.

Quæritur :

1° *Quid veniat nomine oratorii juxta primævam et vigentem Ecclesiæ disciplinam?*

2° *In quo differat publicum oratorium a privato seu domestico; hocque ab ara viatoria sive altari portatili?*

3° *Cui competat jus facultatem oratorii privati concedendi, et num etiam Episcopis vel aliis jurisdictionem habentibus aliquando tribuatur?*

4° *Quid ergo dicendum de singulis in casu propositis, deque Episcopi, Vicarii et Parochi agendi ratione?*

II.

Die 28 Novembris 1894, hora 3 a meridie.

Emenso studiorum curriculo, ac sacerdotio nuper initiatus, Henricus, e sua ultramontana diœcesi per illustriores Italiæ civitates iter aggressus, Romæ tandem consistens, cum Archangelo, viro regulari sibi que familiari, de variis quos conspexerat usibus sermonem instituit. Et præ cæteris admiratione dignissima sibi videbantur quædam domestica oratoria. A nobilioribus enim familiis, penes quas amicitiae gratia fuerat diversatus, pluries rogatus ut in privato eorum sacello sacrum faceret, compererat, illud sæpe efformatum esse e prægrandi quodam

ligno armario, postibus obserato, in altera ex aulis vel cubiculis et aliquando in ipsa bibliotheca disposito, nullum in exteriore facie religionis signum præferente, ita ut sacra actione peracta, clausis postibus, aula seu cubiculum ad domesticos et humanos usus indiscriminatim adhiberi soleat. Nec minori correptus fuerat admiratione rescians ea passim ab locorum Ordinariis approbari, dummodo loco decenti collocentur, quamvis ecclesiasticæ sanctiones longe plura pro legitima oratoriorum erectione expetere noscantur. Hinc comiter ipsum Archangelum ut docto calamo hac super re elucubrationem exaret exposcit, hisce propositis dubiis :

1° *Num vetus sit in Ecclesia usus oratoriorum domesticorum?*

2° *Quibusnam ante evulgationem decretorum Tridentinæ Synodi jus erigendi oratorium privatum competeret, quibus vero nunc temporis tribuatur?*

3° *Quænam conditiones ab apostolicis indultis in oratoriorum domesticorum erectione, tum circa formam, tum circa Ordinariorum visitationem et approbationem requiri soleant?*

4° *Quodnam ergo iudicium ferendum sit de consuetudine in casu proposito, et num saltem tolerari queat necne?*

III.

Die 12 Decembris 1894, hora 3 a meridie.

Habebitur sermo *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*, quam peculiarem sibi Patronam jam inde ab initio Academia selegit.

IV.

Die 16 Januarii 1895, hora 3 1/2 a meridie.

Cum in feriis autumnalibus Aloisius sacerdos recreandi animi causa per pagos villasque infra diocesis limites iter habuisset, non semel diebus dominicis vel festis in privatis consanguineorum, penes quos hospitabatur, domibus, privilegium oratorii privati quo gaudet ultro prætexens, sacrum facere minime dubi-

tavit, præsertim si vel ab ægra qua afficitur valetudine, vel a pluvia ad ecclesiam loci accedere prohiberetur. Hanc agendi rationem animadvertens Joseph, finitimæ diœcesis canonicus, apud Aloisii avunculum rusticandi gratia commorans, pari privilegio, quó et ipse ditatur, frui posse dijudicat, celebrandi scilicet in eodem loco quoties ab Aloisio ibidem sacrum peragitur; quodque plerumque actu perficit.

Quæritur :

1º *Quibusnam limitibus circa locum privilegium oratorii domestici coarctetur? et num extra domum aut civitatem vel diœcesim privilegiati usus ipsiusmet privilegii transferri queat nec ne?*

2º *Num duobus privilegiatis in eodem privato oratorio sacrum facere liceat, sive sint ejusdem sive diversæ diœcesis, civitatis, vel habitationis?*

3º *Utrum agendi modus Aloisii ac Josephi, de quo in casu, sit nec ne probandus et in praxi adhibendus?*

V.

Die 30 Januarii 1895, hora 3 ³/₄ a meridie.

Joannes sacerdos, ægra valetudine habitualiter affectus, a S. Sede privilegio oratorii privati benigne ditatus fuit. Biennio a privilegii concessione transacto, ingravescentibus cum ætate incommodis, ecclesiamque petere diebus in indulto exceptis pro sacro faciendo sibi nimis grave compertus, privilegium ad ipsos vetitos sibi indulgens extendit; ratus id sibi licere e vulgari axiomate, favores late interpretandos et ampliandos; seque diebus solemnioribus tam divina consolatione privari mentem esse Summi Pontificis haudquaquam suspicari posse. Præterea a concessione privilegii usque nunc famulum assidue sibi inservientem, ne patiat eum e domo nimium abesse, ad sacram synaxim quandoque admittit, cum eoque sæpe sæpius mulierem variis vexatam infirmitatibus, alterius familiæ, licet in eadem domo degentem; dicit enim, adstantes missæ sacrificio jus habere

ad Eucharistiam sumendam, quod insuper a sacrosancta Tridentina Synodo vehementer exoptatur.

Quæritur :

1° *Num ex veteri Ecclesiæ disciplina erui possit, diebus festis solemnioribus vetitum fuisse sacrum facere in oratoriis privatis?*

2° *Quænam hodie solemnitates in indultis plerumque excipiantur, quaque de causa : et num absque novo indulto, aliqua interjecta epikeia vel interpretatione, privilegio illis in diebus uti aliquando fas sit?*

3° *Utrum sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ administrare in privato oratorio interdum liceat : et in casu negativo, num saltem ab Ordinario loci id permitti queat?*

4° *Quid ergo sentiendum de Joannis agendi ratione, omnibus inspectis circumstantiis et rationum momentis in casu propositis?*

VI.

Die 13 Februarii 1895, hora 4 a meridie.

Alphonsus, vir generis nobilitate conspicuus, pro sua erga divum Alphonsum de Ligorio peculiari devotione, hujus Sancti festum maxima qua poterat pompa et cultu in palatii sacello eidem dicato, quotannis celebrare consuevit. Hinc Petrus sacerdos qui jam ab annis pluribus munus cappellani ibidem gerit, hujusmodi festum, utpote titolare, ritu duplici primæ classis cum octava a se et cæteris sacerdotibus ad sacrum faciendum ibidem confluentibus, quavis omissa commemoratione vel imperata oratione, et adjecto symbolo, illud celebrare contendit. Defuncto jam a triennio Alphonso, sacellum hoc in præstantiorem ab ejus hæredibus formam redactum, veteri titulo posthabito, B. Mariæ V. sub appellatione SS. ejus Nominis dedicare percipiunt. Cui novitati acriter se opponit Petrus, affirmans, absque Sedis Apostolicæ venia hoc haudquaquam fieri posse : quinimo omnibus titularium juribus ipso facto oratorium omnino privari.

Quæritur :

1° *Num Mysteria, vel Sancti quibus oratoria dicari solent, attenta antiqua et vigenti Ecclesiæ disciplina, revera pro titularibus habendi sint; omniaque titularium privilegia hujusmodi oratoriis attribui possint necne?*

2° *Utrum in eorundem festo die, privilegiatus celebrationem plurimum missarum in suo privato oratorio permittere valeat?*

3° *Licetne absque Sedis Apostolicæ vel Episcopi venia, titulares, si qui sint, oratoriorum quorumcumque ad libitum immutare?*

4° *Quid ergo dicendum de tota facti serie in casu proposita, omnibus perpensis circumstantiis?*

VII.

Die 6 Martii 1895, hora 4 $\frac{1}{4}$ a meridie.

Cum piæ sodalitatis præsidēs proprium oratorium, in inferiori latere ampliātum, novoque ex variato lapide pavimento decoratum, in elegantiorē formam redēgissent, supplicem libellum Ordinario loci exhibere statuerunt, ut in proximo titularis festo solemniter illud consecrare dignaretur. Hæc audiens Augustinus ejusdem oratorii cappellanus, præsidum voluntati acriter obstitit, asserens oratoria etiam publica consecrationis honore haudquaquam donari posse. Insuper cum a primæva sui erectione oratorium sodalitatis fuerit benedictum, nec adjectæ constructiones, reparationes ac ornatus illius substantiam immutaverint, priorem benedictionem firmam adhuc in suo robore permanere censendum omnino esse. Attamen ut confraternitatis præsidibus a propria sententia recedere nolentibus aliquantulum indulgeat, Augustinus in pervigilio titularis, quo die oratorium publico fidelium cultui reservabatur, sub vesperum, sodalitate congregata, indutus super alba stola ac pluviali albi coloris, adhibita forma quæ a Rituali Romano præscribitur pro benedictione novæ domus, solemniter illud benedixit.

Quæritur :

1° *Utrum olim oratoria sive publica sive privata consecrari in more positum fuerit; et quam ratione hujusmodi disciplinæ insequentibus sæculis fuerit derogatum?*

2° *Num in præsentiarum eadem nefas sit consecrare sed benedicenda tantum sint; hocque in casu quam forma et auctoritate?*

3° *An Augustini sententia agendique ratio, omnibus mature perpensis quæ supra in casu exponuntur, laudanda sit, et in pari casu in praxim deduci possit?*

VIII.

Die 20 Martii 1895, hora 4 ³/₄ a meridie.

Perillustri cuidam familiæ, quæ maxima qua licet solemnitate festum Nativitatis Deiparæ quotannis in oratorio domestico celebrare solet, ex peculiari privilegio jamdudum concessum fuit, ut ea in die ibidem quinque legerentur missæ. Attamen occasione hujus festivitatis factum est, ut quamplures ecclesiæ cathedralis canonici, qui communicatione privilegiorum cum insigni quodam capitulo, oratorii privati munere decoratos se jactant, eadem in die eo confluere, sacrumque facere minime dubitent. Quinimo decantata solemniter missa, ac sub vesperum oratione panegyrica recitata, absolutisque litanis B. V., musicalibus instrumentis perstreptibus, adstantes cum reliquia ejusdem B. V. benedicunt.

Addendum insuper quod et parochus ibidem perficere solet solemnem sive nuptiarum benedictionem, sive baptismatis administrationem quotiescumque agatur de aliquo perillustris familiæ individuo. Hæc non sine animi admiratione animadvertens recens illius diœcesis Episcopus, anceps de consilio capiendo, veritus præsertim querimonias oppugnationesque non leves, alterum ex Apostolicarum cæremoniarum magistris sibique familiarem scripto consulere statuit, hisce dubiis enucleandis propositis :

1° *Quænam olim in oratoriis ecclesiasticæ functiones fieri*

prohiberentur : et quid hac super re a vigenti Ecclesiæ disciplina statuatur ?

2° *Num in oratoriis in quibus sacrum facere permittitur, missa solemnis vel saltem decantata pariter permessa dici possit?*

3° *Numquid vi privilegii personalis oratorii privati possit privilegiatus in quovis oratorio domestico indiscriminatim missam celebrare?*

4° *Utrum consuetudines in casu propositæ tolerari queant; an tamquam abusus et corruptelæ omnino prohibendæ et abolendæ sint?*

IX.

Die 3 Aprilis 1895, hora 5 a meridie.

Habebitur sermo de Passione D. N. Jesu Christi, ut Divinum illud ac ineffabile mysterium circa quod tota versatur Liturgia, solemniter quotannis recolatur.

X.

Die 24 Aprilis 1895, hora 5 1/4 a meridie.

In conspicua quadam civitate paucis horis pro instituta itineris sui ratione subsistere volens sacerdos quidam, romanæ diœcesi pluribus ab annis cooptatus, summo mane se contulit ad ecclesiam collegiatam ut ibi, cum esset Dominica dies, sacrum operaretur. Comiter a sacrista de Ordinarii licentia exquisitus, facultatem celebrandi in Urbis ecclesiis ostendit, addens, Romanæ Ecclesiæ plus certo injuriam irrogari, si is cui Romæ sacrificium offerre permittitur, in ecclesia inferiori, quæ Romanæ primatum agnoscit, ab illo impediatur. At non acquiescit sacrista, veritus pœnam suspensionis ipso facto incurrendam, et ut alteram petat ecclesiam enixe eum rogat : qui ad oratorium domesticum nobilis cujusdam viri sibi que consanguinei divertens, ibi sacrum facit, lætantibus hospitibus quibusdam, eorumque famulis illic commorantibus, nec non ipso nobili viro, qui omnes,

præsertim adverso tempore præcepto auditionis sacri domi satisfacere possent.

Quæritur :

1° *Num antiquitus sacerdotes extraneos indistincte ad sacra facienda admittere fas esset, nec ne?*

2° *Utrum impræsentiarum vi facultatis a proprio Ordinario obtentæ, in ecclesiis vel saltem in oratoriis domesticis laicorum aliene diœcesis celebrare liceat? Et in casu negativo, num saltem secus dicendum sit de facultate a Sancta Sede vel ab ordinaria Curia romana alicui concessa?*

3° *An in oratorio domestico cuicumque liceat præcepto auditionis sacri satisfacere, an quibus tantum datum est : et num qui privilegio non comprehenduntur, teneantur eo uti quoties ecclesiam die festivo petere nequeant?*

4° *Quodnam ergo iudicium ferendum sit de sacerdote ac de viro nobili privilegiato ejusque hospitibus, omnibus perpensis circumstantiis in casu propositis?*

XI.

Die 15 Maii 1895, hora 5 ³/₄ a meridie.

Gabriel missionarius apostolicus apud infideles gaudet privilegio in quovis decenti loco ex necessitate celebrandi, etiam absque ministro. Hinc non semel etiam in navigiis, quamvis in apostolico brevi concessionis nulla de mari mentio fiat, sacrum operatus est : eoque in casu pileolo ab initio missæ usque ad præfationem, et a communione ad finem uti sibi licere existimavit. Cum autem ad agenda suæ missionis negotia in variis Italiæ civitatibus et præsertim in Urbe per aliquod temporis morari coactus esset, quotiescumque ecclesiæ petendæ pro sacrosancti sacrificii celebratione aliqua premebatur difficultate, in cubiculo domus qua hospitabatur, etiam absque ministro sacrum facere non dubitavit.

Quæritur :

1° *Utrum et quibus in casibus juxta vigentem Ecclesiæ disci-*

plinam extra ecclesias et oratoria rem divinam peragere, etiam absque speciali indulto, licitum sit?

2° Num qui privilegio arcæ viatoriæ seu altaris portatilis gaudet, ubique locorum indistincte illud erigere ad sacrum faciendum queat, et etiam in navibus : et quibus cautelis et regulis uti debeat qui speciali de hoc gaudet privilegio?

3° Quid dicendum de singulis in casu propositis?

XII.

Die 29 Maii 1895, hora 6 a meridie.

Ecclesia quædam nuperrimè constructa fuit, atque in honorem divi Pauli primi Eremitæ solemniter Deo dicata. Porro calendarii diœcesani redactor, satis fuit implicatus in hoc festo pro illa Ecclesia ordinando ; et post consilium acceptum a viris, quos rei liturgicæ peritos judicabat, pro vertente anno sequenti ratione negotium composuit. Die 10 Januarii inscribit festum novi Titularis recolendum, utpote die natali pro S. Paulo, in ipso Martyrologio romano assignata. Ritus inscribit duplicem I classis cum octava ; quot, licet initium illa habere ob tempus vetitum non potuerit, nihilominus eam continuari posse autumat post octavam Epiphaniæ, quia impedimentum finem habet. Præterea die 15 Januarii, 6 infra octavam, non de festo occurrente S. Mauri abb. semiduplicis ritus agendum esse ponit, sed de infra octavam, ob præstantiorem dignitatem Titularis, seu Patroni. Denique cum dies octava Patroni in illa Ecclesia concurreret in secundis Vesperis cum festo quodam secundario totius diœcesis, duplicis minoris ritus, integras diei octavæ Vesperas tribuit, ratione primarii festi, et solam alteri concurrenti commemorationem.

Quæritur :

1° Quid proprie sit dies festus, liturgice acceptus, et quinam ille esse debeat pro Patronis ?

2° Utrum octava quæ ob impedimentum initio caruit, debeat, cessante impedimento, continuari ?

3° *Quænam sequenda lex in occurrentia festorum semiduplicium infra octavas communes, hoc est de quo recitari debeat officium?*

4° *Concurrentibus die aliqua octava et aliquo duplici minori, quomodo Vesperæ ordinandæ?*

XIII.

Die 26 Junii 1895, hora 6 $\frac{1}{4}$ a meridie.

In quadam cathedrali Ecclesia consuetudo viget cantandi Missam quolibet anno in die anniversaria consecrationis Episcopi, exceptis tantummodo diebus festivis et festis duplicibus I et II classis, eamque semper hucusque ipse Episcopus solemniter celebravit. Porro, cum antiquo Cæremoniarum magistro e vivis sublato alter suffectus sit, novam hic contendit inducendam esse praxim, vetustam namque sustinet esse contra Cæremonialis Episcoporum Rubricam. Hæc quidem jubet, ejusmodi Missam esse celebrandam *die feriato*, diebus vero *festivis* nonnisi de festo canendam, cum commemoratione pro Episcopo. Antiquus autem cæremoniarum magister judicabat feriatos esse dies, in quibus occurrit festum simplex, aut semiduplex, aut duplex minus aut majus; sed novus censet dies in quibus occurrit festum duplex minus aut majus non feriatos esse, sed festivos. Consuetudinem autem, vi cujus ipse Episcopus suæ consecrationis Missam celebrare debet, oppositam aperte dicit eidem Cæremoniali, ita se exprimenti: « ... In diebus anniversariis electionis vel consecrationis Episcopi Missam solemnem vel per ipsum Episcopum, vel per aliquam Dignitatem seu Canonicum, ipso præsentem, celebrari convenit (*Lib. 2, cap. XXXV, n. 1*). » Hinc sine fine quæstiones in Canonicorum Collegio, aliis pro antiquo, aliis pro recenti cæremoniarum magistro pugnantibus.

Quæritur :

1° *Quid circa anniversaria consecrationis Episcoporum recollenda ferat antiquitas seu latinæ seu græcæ Ecclesiæ?*

2° *Quomodo intelligenda utraque Rubrica, ut in casu, Cære-*

monialis Episcoporum, Decretis S. R. Congregationis maxime attentis?

3° Quid de invecta consuetudine judicandum, et pro quo ex duobus cæremoniarum magistris ratio pugnet?

XIV.

Die 10 Julii 1895, hora 6 1/4 a meridie.

Augustus clericorum diligentissimus in sacris cæremoniis ritibusque peragendis, quosdam sæpe conspicit clericos condiscipulos suos, seu in Ecclesiis publicis Urbis, seu in Oratoriis ecclesiasticorum Collegiorum propriis, qui in sacris quibusdam actibus exercendis alia se ratione gerunt ab illa, quam ipse didicit. Videt enim frequenter præfatos clericos Missæ privatæ inservientes sine superpelliceo. Aliquando eosdem cernit una simul cum aliquibus Diaconibus ad sacram synaxim accedentes more laicorum, absque ullo videlicet peculiari exteriori signo, si talarem vestem excipias. Pluries etiam vidit clericos Missæ privatæ inservientes, qui a momento, quo Celebrans cubitos super altare ponit, ut verba consecratoria proferat, ad ultimam usque genuflexionem post elevationem calicis, extremitatem casulæ sustinent Celebrantis. Conqueritur insuper de iisdem clericis, qui Missale ad altare delatum ipsimet aperiunt, signacula quærent, quod etiam post consummationem Sacrificii agunt; imo et velum ab una ad alteram partem altaris postquam ampullas administraverint, transferentes, ipsum cooperiunt calicem, dissimulante Celebrante. Quod autem Augusto præ ceteris displicet, est clericos quosdam cernere, nec prima initiatos tonsura, Missæ cantatæ sine ministris assistentes, qui uti magistri cæremoniarum se gerunt, calicem ad altare deferunt, tegunt, detegunt, folia Missalis vertunt, Epistolam canunt, et reliqua peragunt, quæ Subdiaconi vix faciunt in Missa solemni. Hæc omnia itaque referens ad sacerdotem institutorem suum et rei liturgicæ peritum, inquit :

1° An probandum sit, an reprobandum, clericos quoscumque

sine superpelliceo Missæ privatæ inservire, aut tam eos sine cotta, quam Diaconos etiam sine stola, ad sacram synaxim accedere?


2° Num recte operentur clerici Missale in Missa aperientes et disponentes, vel calicem post Communionem aptantes? Quidque censendum de planeta, quam sustinent, ut in casu?

3° Num possit clericus quicumque vices cæremoniarum magistri agere in Missa cum cantu, quidque in hypothesis ipsi agere in illa liceat?

XV.

Die 24 Julii 1895, hora 6 a meridie.

Habebitur sermo de laudibus S. Vincentii a Paulo, de Divinis inter sacerdotes collationum institutoris, sub cujus auspiciis congregatur cœtus noster.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES QUESTIONS DE MORALE.

DE EUCHARISTIA UT SACRAMENTO.

I.

De materia prioris consecrationis.

CASUS.

Titius latini ritus sacerdos, quodam die festo, ad rurale templum, in quod maxima frequentia villici convenire solent, de more se confert, ut missam celebret. Dum necessaria ad sacrum peragendum parat, animadvertit, deficere ex sacristani incuria hostiam consecrandam. Quam cum aliunde sibi comparare nequeat, in animo habet missa abstinere; sed admonetur, Caium ex lethali infirmitate in proxima domo decumbentem viaticum enixe postulare. Memoriae occurrit, sibi esse panem, quem ad refectionem tulerat. Hinc, ut tantæ necessitati provideat, molliorem ex eo partem sumit, et in missa eandem consecrat, ex qua aliquos etiam devotionis causa ad eucharistiam accedentes, communicat: missa vero absoluta, viaticum ad infirmum defert.

Hæc deinde animo recolens Titius, de solertia adhibita quam maxime sibi gratulatur et capta occasione amico rem totam narrat, qui e contra ei exprobrat, male in omnibus se gessisse.

Maturius tamen Titius rem perpendens, secum quærit:

- 1° *An quilibet panis sit materia ad Eucharistiam apta?*
- 2° *Utrum unquam liceat presbytero latino panem fermentatum in missa consecrare et ex eo communionem dare?*
- 3° *An in omnibus recte se gesserit?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

An quilibet panis sit materia ad Eucharistiã apta?

R. 1. Communis est sententia vix non certa, ad *valorem* sacramenti pertinere, ut sit panis triticeus. Neque ullam probabilitatis rationem pro se habet singularis Card. Cajetani seu Thomæ de Vio opinio, consecrari valide posse in pane cujusvis speciei, qui aptus sit ad vescendum (Cf. *S. Alph.*, lib. 6, n. 198).

Et quamquam de quibusdam frumenti generibus complures theologi dubitant, hoc non inde est, quod dubitent de necessitate panis triticei, sed inde, quod putent seu putaverint hoc et illud frumenti genus esse ex tritico ortum, et, licet sit nonnihil degeneratum, tamen videri adhuc essentiam tritici retinere. Rubrica Missalis ex hac sententia plane communi etiam absolute dicit : « Si panis non sit triticeus, non conficitur sacramentum. » Similiter jam dixerat Eugenius IV in Instructione ad Armenos : « Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem modicissima aqua admisceri debet. » Quæ verba sensu obvio omnem aliam materiam a valore excludunt.

R. 2. Quilibet etiam panis triticeus substantialiter non vitiatus, i. e. neque notabili mixtione alienæ materiæ mutatus, neque diurnitate temporis atque influxu causarum naturalium corruptus, *valide* potest consecrari; sed nondum licite. Ad licitatem enim pertinet, ut pro diversis ritibus in Ecclesia catholica existentibus, quilibet sacerdos celebrans suum observet ritum, græcus in fermentato, in azymo latinus consecret. Concilium Florentinum in decreto unionis ita habet : « Definimus item, in azymo sive fermentato pane

triticeo Corpus Christi veraciter confici; sacerdotesque in altero ipsorum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. » Quod præceptum ex omnium sensu grave est, imo gravissimum. Sed sintne rationes, quæ aliquando ab hoc præcepto excusent, vel ob quas præceptum illud cesset, videndum est in secunda quæstione.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum unquam liceat presbytero latino panem fermentatum in Missa consecrare, et ex eo Communionem dare?

R. 1. Una saltem causa est, ex qua non solum possit, sed plane debeat fieri consecratio in pane fermentato a presbytero latino, scilicet si quando ex una parte post secundam, seu calicis, consecrationem — sume in ipsa Communione — sacerdos animadvertat, panem, in quo tentavit consecrare, esse corruptum, et si ex altera parte nulla particula panis triticei azymi præsto sit neque brevi afferri possit. In quo casu urget præceptum divinum *perficiendi sacrificii inchoati*, ne incompletum maneat: quod si compleri non potest in pane azymo, complendum est quocumque demum modo valide compleri potest, i. e. etiam in pane fermentato. Hæc igitur ratio non tam est causa a præcepto Ecclesiæ *excusans*, quam collisio officiorum, qua præceptum Ecclesiæ plane *vincitur* a præcepto superiore. Inde tamen nondum fit, posse etiam in hoc casu ex hac SS. Eucharistia in fermentato confecta S. Communionem alicui ex populo distribui.

R. 2. Accidere potest in itinere, ut sacerdos latini ritus in loco ubi versatur, non inveniatur ecclesiam sui ritus. Quod si accidit, saltem si est ecclesia, cujus populus est in unione cum S. Sede, certo licebit celebrare in illa ecclesia alieni ritus. Nam si adest seu adiri potest ecclesia ritus proprii, in

ea, si vult celebrare, celebrare debet. Sed difficilius est, si quaeritur, num in alieni ritus ecclesia legitime celebrans possit uti pane fermentato, an debeat, suum ritum sequens, uti azymo. De quo cum S. Alph., lib. 6, n. 203 dicendum est, licere quidem celebranti ritum loci sequendo consecrare in fermentato, melius tamen esse integrum ritum proprium servare atque ita in azymo consecrare (Cf. *Th. mor.*, II, 121). Neque hic habemus proprie causam a præcepto Ecclesiæ excusantem, sed ipsius legis ecclesiasticæ vel consuetudinis dispositionem.

In hoc igitur casu est extra dubium, sacerdoti latino licere uti pane fermentato more Orientalium, si panem azymum consuetæ apud Latinos formæ commode non possit habere; atque omnino præstare ita facere et assumere panem fermentatum recenter confectum, quam uti azymo pane, qui, a diuturniore tempore confectus, non sit amplius decenter recens.

R. 3. Alia difficultas movetur circa quaestionem, num liceat sacerdoti latino in casu necessitatis in fermentato celebrare ad præbendum infirmo Viaticum.

In qua quaestione non solum tangitur consecratio sacerdotis, sed etiam ea, quam supra reliquimus, quaestio de danda Communionem in specie panis fermentati.

Dissensus in hac re est inter theologos, utrum habeatur collisio inter legem ecclesiasticam et inter legem divinam absolutam, an non. Qui prius tenent, agi de lege divina Viatici, quæ ob solam impossibilitatem cesset, concludere debent, in tali casu necessitatis non tantum licere sacerdoti latino celebrare in pane fermentato, sed eum debere ita facere. — Longe major pars theologorum id negat, atque, ut observat S. Alphonsus, lib. 6, n. 203, dub. 2, « communis et probabilior sententia » tenet, legem Viatici non obligare absolute sed solum quando secundum consuetum ritum

ecclesiasticum possit observari; hinc præstare omittere Viaticum, quam a lege Ecclesiæ adeo severa, quæ confusionem rituum prohibeat, recedere. Hæc quidem communis sententia.

Vos igitur omnes, cujusvis communitatis vel instituti, quotcumque in Anglia estis ad hoc unitatis sanctæ propositum revocandi, sermo Noster peramanter appellat. Sinite obtestemur vos per sempiternam salutem perque gloriam christiani nominis, ut preces fundere atque vota summo Patri cælesti demisse impenseque facere ne renuatis. Ab ipso, omnis luminis largitore omnisque recte facti suavissimo impulsore, opportuna petere adjumenta contendite, ut liceat vobis doctrinæ ejus plene dispicere veritatem, ejusdemque misericordiæ consilia fidelissime amplecti, augusto nomine interposito et meritis Jesu Christi, in quem aspicere oportet *auctorem fidei et consummatorem* (1), qui *dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret... ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam* (2). — Difficultates si quæ sunt, non sunt tamen ejusmodi ut aut caritatem Nostram apostolicam omnino iis retardari, aut voluntatem vestram deterreri oporteat. Esto, quod rerum conversionibus ac diuturnitate ipsa dissidium convaluerit : num idcirco reconciliationis pacisque remedia respuat omnia? Nequaquam ita ; si Deo placet. Sunt eventus rerum, non provisione humana tantummodo, sed maxime virtute pietateque divina metiendi. In rebus enim magnis atque arduis, si modo sint sincero et bono animo susceptæ, adest homini Deus, cujus providentia ab ipsis inceptorum difficultatibus capit quo magnificentius eluceat. — Ad solatium communis spei haud longe abest ut sæculum condatur tertium decimum, postquam missos ex hac Urbe apostolicos viros, quod initio commemoratum est, gens anglica auspicio excepit, spretaque vana numinum religione, primitias fidei suæ Christo Deo consecravit. Res quidem, si qua unquam fuit, celebratione et gratiis publice digna, quippe quæ vobis et magnam beneficiorum copiam et amplitudinem nominis per ætates adduxit. Tali autem ex recordatione memoriæ utinam id præcipue bonum sequatur. ut studiosos recti animos cogitatio

(1) Hebr. xii, 2.

(2) Eph. v, 25-27.

capiat et æstimatio justa de fide; quæ non alia majoribus illis vestris tradita est, non alia nunc traditur. Nam *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula*, ut Paulus prædicavit apostolus (1); qui peropportune vos etiam hortatur ut memores sitis patrum vestrorum, *qui vobis locuti sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem* (2).

Socios adjuutoresque in causa tanta catholicos Angliæ, quorum exploratissima est Nobis fides et pietas, præcipue advocamus. Qui sacræ precationis dignitatem virtutemque frugiferam sedulo apud se perpendentes, nihil dubium quin certare velint ut inde suis omni ope succurrant, eisque et sibi demereantur Dei clementiam. Nam ut quis sua causa oret, cogit sane necessitas; ut oret aliorum causa studium hortatur fraternum: facile autem apparet plus quidem gratiæ habituram esse apud Deum precem, non quam transmittat necessitas, sed quam caritas fraternitatis commendet. Id certe christiani ab Ecclesiæ usque primordiis alacres præstiterunt. In eo potissimum quod attinet ad fidei donum, præclara sunt ad imitationem quæ antiquitas tradidit; quemadmodum illi cognatis, amicis, principibus, civibus suis inflammato studio postularent a Deo *mentem obedientem in christianam fidem* (3). — Conjuncta in re accedit aliud quod Nos habet sollicitos. Est enim compertum Nobis, non deesse istis qui nomen catholicum teneant ii quidem, re vero et professione non ita, ut æquum est, probare curent; maxime vero, in amplis primariisque urbibus, ingenti numero esse homines qui religionis christianæ ne ulla quidem elementa hauserint, quique non modo nullum Deo adhibeant cultum, sed in cæca ignorantia justitiæ bonitatisque ejus versentur. In hac item calamitate orandus, exorandus est Deus: velit ille, qui potest unus, aptas curationi monstrare vias, velit eorum animos viresque sustinere qui in ea ipsa causa jam desudant, velit *mittere operarios in messem*

(1) Hebr. xiii, 8.

(2) *Ib.*, 7.

(3) S. Aug., *de dono persever.*, xxiii, 63.

suam. — Quod Nos deprecandi officium quum in filiis Nostris urgemus, eosdem pariter debemus velle admonitos, ut ne quid de se desiderari ullo modo sinant quod impetrationis fructum efficiat, habeantque propemodum sibi quæ Corinthiis edixit Apostolus : *Sine offensione estote Judæis et Gentibus et Ecclesiæ Dei* (1). Nam, præter virtutes animi, quas ipsa precatio in primis postulat, eam comitentur necesse est actiones et exempla christianæ professioni consentanea. Integritatis exempla et justitiæ, miserationis in egenos et pœnitentiæ, concordiæ domesticæ et verecundiæ legum, optimæ sunt orantium commendationes. Qui sancte colunt et perficiunt præcepta Christi, eorum scilicet votis divina liberalitas occurrit, secundum illud promissum : *Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis* (2). — Id autem est quod in præsentia, consociata Nobiscum prece, singulariter a Deo velitis hortamur, ut detur vobis cives concordēs fratresque in complexum perfectæ caritatis excipere.

Ad hæc, Cælitum sanctorum adjungere juvat deprecationem : cujus efficacitas quantum, hac præsertim in re, emineat, illud Augustini docet de Stephano acute dictum : *Si sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet* (3). Itaque suppliciter imploramus Gregorium, quem suæ gentis salutare Apostolum Angli consueverunt; Augustinum, alumnum et legatum ejus, ceterosque, quorum admirabili virtute, admirabilibus factis, ista dilaudata est altrix Sanctorum insula; singularesque patronos, Petrum Principem apostolorum et Georgium; ante omnes, sanctissimam Dei Genitricem, quam humano generi Christus ipse e cruce reliquit atque attribuit matrem, cui regnum vestrum, nobilissimo præconio, tamquam *Dos Mariæ*, inde a proavis est dedicatum. Eos cunctos magnis precibus adhibemus apud Deum suffragatores, ut renovatis tem-

(1) I Cor. x, 32.

(2) Joann. xv, 7.

(3) Serm. in nat. s. Steph. vi, n. 5.

porum optimorum auspiciis, ipse *repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti* (1).

Peculiariora vero precum officia quæ jam, ad fidei unitatem, statis diebus modisque sunt apud catholicos instituta, ea curandum ut majore et frequentia et religione celebrentur. In primisque vigeat sancta marialis Rosarii consuetudo, a Nobismetipsis tantopere excitata : eo quidem veluti summa evangelicæ doctrinæ perapte continetur, ab eoque saluberrimæ in populos utilitates perenni cursu fluxerunt. Hoc amplius, ad sacræ indulgentiæ beneficia, quæ subinde a Decessoribus sunt in eodem genere concessa, unum quoddam adjicere placet sponte et auctoritate Nostra. Id est, qui rite precem recitaverint quam huic epistolæ subjicimus, indulgentiam singulis, etiam non anglis, dierum trecentorum tribuimus, plenariam præterea, semel in mense, recitantibus quotidie, consuetisque servatis conditionibus.

Hæc omnia augeat expleatque divina obsecratio Christi de unitate ; quam hodierna die per sacratissimum Resurrectionis ejus mysterium immensa cum fiducia iteramus : *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut et nos.... Sanctifica eos in veritate : sermo tuus veritas est.... Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me ; ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. .. Ego in eis, et tu in me ; ut sint consummati in unum : et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti* (2).

Jamvero universæ Britannorum genti fausta a Deo omnia cupimus et exoptamus : summa vero precamur voluntate, ut quærentibus regnum Christi et in fidei unitate salutem vota plena eveniant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die xiv Aprilis anno MDCCLXXXV, Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.


(1) Rom. xv, 13.

(2) Joann. xvii, 11, 17, 20, 21, 23.

AD SANCTISSIMAM VIRGINEM PRO ANGLIS FRATRIBUS

PRECATIO.

O beata Virgo MARIA, Mater Dei, Regina nostra et Mater dulcissima, benigna oculos tuos converte ad Angliam, quæ Dos tua vocatur, converte ad nos, qui magna in te fiducia confidimus. Per te datus est Christus Salvator mundi, in quo spes nostra consisteret; ab ipso autem tu data es nobis, per quam spes eadem augetur. Eia igitur, ora pro nobis, quos tibi apud Crucem Domini excepisti filios, o perdolens Mater : intercede pro fratribus dissidentibus, ut nobiscum in unico vero Ovili adjungantur summo Pastori, Vicario in terris Filii tui. Pro nobis omnibus deprecare, o Mater piissima, ut per fidem, bonis operibus fecundam, mereamur tecum omnes contemplari Deum in cælesti patria et collaudare per sæcula. Amen.



LETTRE DE SA SAINTETÉ.

PER SOLEMNIA SACRÆ PENTECOSTES

PECULIARES PRECES CATHOLICIS COMMENDANTUR.

LEO PP. XIII.

*Universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis
Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Provida matris caritate dignum maxime est votum, quod Ecclesia rite Deo exhibere non cessat, ut populo christiano, quacumque ille patet, *una sit fides mentium et pietas actionum*. Similiter Nos, qui Pastoris divini ut personam in terris gerimus, ita studemus animum imitari, idem propositum catholicas inter gentes fovere nullo modo intermisimus, idemque nunc enixius apud gentes eas urgemus, quas Ecclesia ipsa jam diu ad se magno revocat desiderio. Hisce vero consiliis curisque Nostris unde præcipue et auspicia petierimus et incrementa expectemus, non obscurum est apertiusque in dies extat : ab eo nimirum qui, *Pater misericordiarum* jure optimo invocatur, et cujus est illustrare mentes benigneque voluntates flectere in salutem. — Nec sane catholici non videre possunt quanta sit susceptarum a Nobis rerum gravitas et præstantia ; in eis namque, cum amplificatione divini honoris et christiani nominis gloria, salus plurimorum vertitur sempiterna. Quæ ipsi si probe religioseque, ut æquum est, considerent, acriorem profecto sentient animis vim flammamque supernæ caritatis, nihil quidquam Dei gratia recusantis, nihil non enitentis pro fratribus. Ita fiet, quod magnopere optamus, ut Nobiscum illi conjungant alacres non modo secundi exitus fiduciam, sed omnem etiam quam possent opem ; eam in

primis quam humiles sanctæque preces a Deo concilient. — Cujusmodi officio pietatis nullum videtur accommodatius esse tempus, quam quo olim Apostoli, post Domini ascensum in cælum, simul constiterunt *perseverantes unanimiter in oratione cum...* *Maria Matre Jesu* (1), promissam expectantes *virtutem ex alto* omniumque dona carismatum. In eo nempe Cænaculo augusto ex eoque Paracliti illabentis mysterio, Ecclesia, quæ jam a Christo concepta, ipso moriente prodierat, tunc feliciter, quodam veluti afflatu divinitus accedente, suum cœpit obire munus per gentes omnes, in unam fidem novitatemque christianæ vitæ adducendas. Brevique tempore fructus consecuti sunt uberes et insignes; in quibus ea voluntatum summa conjunctio, nunquam satis ad imitationem laudis proposita : *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una* (2).

Ob eam Nos causam censuimus catholicorum pietatem hortatu atque invitatione excitare, ut per exempla Virginis Matris et Apostolorum sanctorum, proximis novemdialibus ad Sacræ Pentecostes solemnia, Deum velint uno animo et singulari studio ad precari, illa instantes obsecratione : *Emitte Spiritum tuum et creabuntur : et renovabis faciem terræ.* — Maxima enimvero ac saluberrima bona ex eo sperare licet, qui Spiritus est veritatis, arcana Dei sacris in Litteris elocutus, Ecclesiamque perpetua præsentia confirmans; ex quo, vivo sanctitatis fonte, regeneratæ animæ in divinam adoptionem filiorum mire ad æterna audentur et perficiuntur. Si quidem ex multiformi Spiritus gratia divinum in eas lumen et ardor, sanatio et robur, levamen et requies, omnisque prosequendæ bonitatis animus, sancteque factorum fecunditas perenni munere derivantur. Idem denique Spiritus virtute sua in Ecclesia sic agit, ut mystici hujus corporis quemadmodum *caput* est Christus, ita ipsemet *cor* apta possit similitudine appellari : nam *cor habet quamdam influentiam occultam; et ideo cordi comparatur Spiritus Sanctus qui*

(1) Act., iv, 14.

(2) *Ib.*, 32.

invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit (1). — Quoniam ille igitur omnino *caritas est* eique opera amoris insigniter tribuuntur, valde idcirco sperandum, fore per ipsum ut, evagante spiritu erroris et nequitiae cohibito, arctior fiat quæ decet Ecclesiae filios vigeatque consensio et societas animorum. Qui quidem, secundum admonitionem Apostoli, nihil per contentionem agant, idem sapiant, eandem habeant caritatem unanimes (2); atque ita Nostrum explentes gaudium, civitatem quoque incolumem florentemque non uno nomine efficiant. Ex hoc autem catholicorum inter se christianae concordiae specimine, ex hac impensa divini exorandi Paracliti religione, eo sperandum est vel maxime de reconciliatione quam instituimus dissidentium fratrum provehenda; ut idem illi velint in semetipsis sentire *quod et in Christo Jesu* (3), ejusdem nobiscum fidei atque spei aliquando compotes, vinculis conjuncti optatissimis perfectae caritatis. — At vero praeter bona emolumenta quibus fideles, quotquot hortationi Nostrae libentes responderint, talem pietatis fraternique amoris solertiam certe a Deo cumulatam habebunt, placet Nobis praemia sacrae indulgentiae ex thesauro Ecclesiae addere et largiri.

Itaque omnibus qui novem continuis diebus ante Pentecosten quotidie preces aliquas peculiare ad Spiritum Sanctum, publice vel privatim, pie fecerint, concedimus in singulos eos dies indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, plenariam autem in uno quolibet eorumdem dierum vel festo ipso die Pentecostes vel quolibet ex octo insequentibus, modo rite confessione abluti sacraque communionem refecti ad mentem Nostram, quam supra significavimus, supplicaverint Deo. Hoc praeterea tribuimus, ut si quis easdem precum condiciones iterum pro pietate sua praestent per octo dies a Pentecoste proximos, ipsis liceat utramque consequi iterum indulgentiam. Quae beneficia

(1) *Summa Th. S. Thomae*, part. III, q. VIII, art. 1, ad 3.


(2) Philipp. II, 2, 3.

(3) *Ib.*, 5.

etiam animabus piis igni purgatorio addictis converti ad suffragium posse, atque in posteros item annos esse valitura, auctoritate Nostra decernimus atque edicimus; iis ceterum salvis quæcumque de more sunt ac jure servanda.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die v Maii anno mōcccxcv, Pontificatus Nostri decimo octavo.

C. CARD. DE RUGGIERO.



S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

DES CHANOINES HONORAIRES

ET DU DROIT DE PORTER LES INSIGNES.

Nous avons eu l'occasion de parler dans la *Revue* des règles suivant lesquelles il faut interpréter les Brefs qui accordent aux chapitres des insignes spéciaux; la cause RHEMEN, INSIGNIUM CANONICALIUM, résolue le 23 Février dernier par la S. Congrégation du Concile, nous fournit l'occasion de revenir sur ces règles et de montrer comment elles ont été appliquées.

Il ne faut pas s'y tromper : la décision donnée est celle d'un cas particulier ; mais elle est intéressante. Il s'agissait, dans l'espèce, de déterminer si et dans quelle mesure les chanoines honoraires de Reims pouvaient avoir le droit de porter les insignes du Chapitre. Disons tout de suite que les chanoines honoraires de Reims s'en étaient abstenus depuis 1851, époque de la concession faite par Pie IX, jusqu'à l'an dernier ; c'est alors seulement que, « inhærentes generalioribus juris communis regulis necnon Brevis Pontificii litteræ » (ainsi s'exprime le *Folium* de la cause), ils ont revendiqué le droit de porter les mêmes insignes que les chanoines titulaires.

Commençons par citer *in extenso* le Bref de concession ; nous relaterons ensuite la question soumise à la S. Congrégation et la réponse ; et enfin nous ferons les réflexions utiles.

I. Le Bref est ainsi conçu :

PIUS PP. IX.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Insignia dignitatis æquo animo deferimus Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, qui omnibus officii sui partibus ita recte funguntur, ut externis honoris insignibus adjecturi videantur interiora ornamenta virtutum, ex quibus vitæ sacerdotalis vera ac germana laus existit. Quum itaque dilecti Filii Nostri Thomæ S. R. E. Presbyteri Cardinalis Gousset, Archiepiscopi Rhemensis, gravi Nobis testimonio constiterit Metropolitanæ illius Ecclesiæ Canonicos nedum commendabili pietate, gravibusque moribus, et in explendis officiis præcipua diligentia nitere, sed vero etiam Antistiti suo omni studio adfuisse tum in synodo diœcesana, et in concilio provinciali celebrandis, tum in omnibus quibuscumque recens institutis juxta normam S. Ecclesiæ Romanæ, quæ Princeps et Magistra est omnium Ecclesiarum, Nos ad preces dicti Rhemensis Archiepiscopi facile adducti sumus, ut Archidiaconos et Canonicos Cathedralis ipsius tum Cappa lanea magna violacei coloris, tum peculiari Cruce S. Remigii dicenda, ac supra pectus deferenda ornaremus. Itaque omnes et singulos, quibus hæ Litteræ favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac pœnis quovis modo, vel quavis de causa latis, si qua forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hisce Litteris Auctoritate Nostra Apostolica facultatem concedimus perpetuis futuris temporibus valituram, ut omnes et singuli Archidiaconi et Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Rhemensis, Cappam magnam laneam violacei coloris ad instar Canonicorum Patriarchalis Basilicæ Vaticanæ induere possint, necnon supra pectus Crucem deferre valeant, quæ S. Remigii nuncupetur, cujus forma ad instar Equitum Ordinis Hierosolymitani octangula sit, cum alba linea, quæ extrema-

tem percurrat, et cujus ad angulos argentea puncta sint, In medio autem, seu Crucis centro, numisma sit ex una parte imaginem referens S. Remigii, ex altera imaginem B. M. V. Ceterum certa spe nitimur fore ut Metropolitanæ Ecclesiæ Rhemensis Canonici hac nova ornamentorum accessionemagis excitentur ad implendas sui muneris ac officii partes, et ad illustriora exhibenda fidelibus pietatis et religionis exempla. Decernentes has Litteras firmas semper fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, iisque ad quos spectat etspectabit perpetuo suffragari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios et extraordinarios, et S. R. E. Cardinales judicari debere, irritumque quidquid secus super his quavis auctoritate contigerit attentari. Non obstan. fel. rec. Benedicti XIV Præd. Nostri, super Div^e Mat^m (1) aliisque Apostolicis Constitutionibus et sanctionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XVI Maii MDCCLI Pontificatus Nostri anno v.

II. Tel est le Bref Pontifical; on a demandé au Saint-Siège s'il comprend les chanoines honoraires comme les chanoines titulaires. La question a été posée dans les termes suivants :

DUBIUM.

An privilegia concessa Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Rhemensis per Breve anni 1851, extendi debeant ad Canonicos ad honorem, in casu?

Et la S. Congrégation a répondu le 23 Février 1895 :

Affirmative, tantummodo in functionibus capitularibus.

(1) Ici on a inséré le mot *sic*; ce qui donne lieu de penser que ceux qui ont copié le Bref n'ont pas compris l'abréviation; il s'agit de la Constitution de Benoit XIV *super divisione materiarum*; elle est du 26 novembre 1745.

III. Avant d'expliquer cette réponse touchant les droits des chanoines honoraires, nous avons à résoudre une première question sur les droits des chanoines titulaires eux-mêmes.

Deux fois nous avons eu l'occasion de parler dans la *Revue* des insignes accordées aux Chapitres (1), et nous avons dit que le principe général qui domine l'interprétation de ces concessions, est que ces privilèges sont regardés comme « *læsiva Episcopalis dignitatis*, » et que, par conséquent, l'indult qui les concède est de stricte interprétation. En d'autres termes, il faut s'en tenir absolument aux termes du Bref; tout ce qu'il accorde y est formellement exprimé; on ne peut admettre une faveur sous-entendue.

Cela posé, nous avons distingué trois concessions différentes, de plus en plus amples. La première est celle qui se borne à concéder certains insignes à un Chapitre, sans rien spécifier de plus. Cette concession ne vaut que pour l'église propre du Chapitre; les chanoines peuvent y porter leurs insignes, « *sive capitulariter, sive uti singuli assistant.* » Mais ils ne peuvent s'en servir dans les autres églises de la ville ou du diocèse; sont seuls exceptés les chanoines qui accompagnent l'Évêque pour une fonction dans ces églises.

La seconde concession est plus étendue; il y est formellement dit que les chanoines peuvent user de leurs insignes « *tam in propria quam in alienis ecclesiis.* » Mais le sens est, en pareil cas, que le port des insignes est autorisé dans une église étrangère, seulement « *quando Canonici capitulariter incedunt, vel assistunt, vel sacras functiones peragunt* »; ils ne sont pas autorisés à les porter lorsqu'ils se rendent dans une église étrangère « *uti singuli.* »

La troisième concession, plus favorable encore, est celle qui donne expressément à des chanoines le droit de se servir

(1) T. xx, p. 299 et seq.; t. xxvi, p. 132.

de leurs insignes dans les églises étrangères, même lorsqu'ils s'y trouvent « *uti singuli.* »

Du reste, dans ces deux derniers cas, on a bien soin de préciser dans le Bref si la concession est limitée aux églises du diocèse, si elle est valable dans tout le royaume, ou même « *ubique locorum.* »

Tels sont les principes d'interprétation des Brefs. Appliquons-les au Bref concédé pour le chapitre métropolitain de Reims, abstraction faite, pour le moment, de ce qui concerne les chanoines honoraires. Il suffit de le lire pour reconnaître que la concession faite à ce chapitre est de la catégorie de celles dont nous avons parlé en premier lieu, et qu'elle est la moins ample de toutes. Il n'y est faite aucune mention des églises étrangères; par conséquent les chanoines de Reims, en vertu de leur Bref, peuvent porter la *cappa magna* et la croix de saint Remi dans leur propre église seulement. Ils peuvent les porter dans toutes les fonctions pour lesquelles le Rituel ou les Rubriques ne requièrent pas le surplis, par exemple, lorsqu'ils y prêchent, lorsqu'ils y font l'office de prêtre assistant à la messe d'un nouveau prêtre, lorsqu'ils y font le catéchisme. De plus, c'est pour eux l'habit de chœur, et ils en usent dans toutes les fonctions qui exigent l'habit de chœur, au chœur, dans les processions, etc. C'est ce que l'on veut faire entendre quand on dit que les chanoines peuvent user de leurs insignes « *in propria ecclesia, sive capitulariter assistant, sive uti singuli.* » D'ailleurs, s'ils ont à prendre l'étole, ils la prennent sur la *cappa*, par exemple, pour l'imposition des mains à l'ordination, ou pour la communion du Jeudi-Saint (1).

Venons maintenant aux chanoines honoraires. Ont-ils

(1) Cf. De Herdt, *Praxis Pontificalis*, t. 1, page 53 et seq.; *Praxis Capitularis*, p. 44.

droit de porter la *cappa magna* et la croix de saint Remi ? Si oui, quand peuvent-ils la porter ?

La première de ces questions est traitée dans le *Folium* de la cause de Reims ; nous citons en grande partie les raisons qu'il donne pour l'affirmative.

... Consuetudine præsertim receptum fuit ut honoris causa renuntiarentur canonici presbyteri in Diœcesi de re christiana egregie meriti, qui ob imminutum præbendarum numerum de canonicali beneficio augeri non poterant. Quamvis titulo *honoris* cooptati in capitulum canonici non obtineant jura Canonicis præbendatis competentia, veluti nec *vocem activam* nec *passivam* in capitulo habeant, neve aliquod jus ad præbendam vacaturam, uti decrevit H. S. C. sub die 11 Januarii et 29 Augusti 1868 in causa CIVITATIS CASTELLANÆ, JURIIUM PRÆEMINENTIARUM ET VOCIS IN CAPITULO ; nihilominus ea quæ *honoris* sunt, eisdem denegari non debent, uti eorum ipsum nomen expostulat. Quare Canonici honorarii jus habent induendi vestes, insignia canonicalia, et sedendi in choro post ultimum canonicum titularem, prouti respondit H. S. C. die 6 Julii 1867 ; quia eodem decreto huic III Dubio : « An paramenta sacra in functionibus Pontificalibus accipere debeant canonici ad honorem ; planeta vel potius Dalmatico seu Tunicella parari teneantur ? » rescriptum fuit : « Ad III. Si capitulares sint distincti per ordines, nimirum presbyteralem, diaconalem et subdiaconalem, Canonicos honorarios induere debere tunicellam ; secus eandem vestem communem Canonicis titularibus, cujuscumque ordinis sint. »

... Plane jura honoris gratia Canonicis titularibus comparata restringi non debent quoad honorarios, nisi hoc expresse in tabulis foundationis caveatur ; possidet enim jus commune quousque jus particulare probe non evincatur.

Jamvero in Brevi, de quo est quæstio, insignia conceduntur indiscriminatim *omnibus et singulis canonicis* absque ulla distinctione ; atqui præcipue in favorabilibus, ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus.

En vain les chanoines titulaires allèguent pour soutenir leur cause, que S. E. le Cardinal Gousset, en publiant le Bref, n'a concédé le privilège qu'aux seuls chanoines titulaires. On peut répondre que le Cardinal a dépassé ses pouvoirs, la faveur pontificale était directement accordée, puisque le Bref porte : *concedimus* ; il était d'autant moins au pouvoir du Cardinal de la restreindre que le Bref contient la clause : « Sicque per quoscumque Judices ORDINARIOS ... et S. R. E. CARDINALES judicari debere », et frappe de nullité « quidquid secus super his quavis auctoritate contingeri attentari. »

On allègue aussi la coutume de près de quarante-trois ans. Le *Folium* de la cause réplique, en citant saint Alphonse et Suarez, que les privilèges gracieux, qui ne blessent les droits de personne « non amittuntur per non usum et etiam per usum contrarium, quamvis temporis longissimi. »

Le Chapitre proteste qu'il n'eût jamais donné son consentement à la nomination de chanoines honoraires, s'il eût pensé qu'ils devaient participer à son privilège. Il ne s'agit pas de savoir ce qui eût pu se faire, mais ce qui est fait ; les chanoines honoraires existent et ont leurs droits. Il ne faut pas blesser les droits acquis.

Mais encore, dit-on, on compte trente et un chanoines honoraires dans le diocèse, et dix en dehors du diocèse : « Quamobrem ita effusum esset tam peculiare privilegium ut plane vilesceret, imo ridiculum foret. Nam hujusmodi canonici per Diœcesim disseminati in villis, in rusticanis et pauperioribus ecclesiis sacra peragentes, iis insignibus pene pontificalibus condecorati, magis viderentur comœdiam agere quam sacra mysteria tractare. » Cette crainte, exposée d'ailleurs en termes exagérés, n'est pas fondée ; elle repose sur une fausse conception du privilège, tel qu'il a été accordé par Pie IX. Mais nous ne pouvons développer cette réponse

sans empiéter sur la question suivante. Abordons donc immédiatement cette dernière.

Quand les chanoines honoraires de la métropole de Reims peuvent-ils user de leur privilège, et porter la *cappa magna* et la Croix de saint Remi? Faisons, pour un moment, abstraction de la décision de la S. Congrégation du Concile, et répondons suivant les principes que nous avons exposés tout d'abord et appliqués même aux chanoines titulaires. Les chanoines honoraires, avons-nous dit, sont de vrais chanoines et participent aux droits et privilèges honorifiques des chanoines; c'est pour cela qu'ils sont compris dans la concession du Bref. Très bien; mais ils n'ont pas plus de droits que les chanoines titulaires eux-mêmes, pas plus de droits que le Bref en confère aux uns et aux autres. Donc, *en vertu du Bref de Pie IX* (1), ils ont droit de porter les insignes du Chapitre dans l'église du Chapitre, c'est-à-dire dans l'église métropolitaine, et non dans les autres. Pour eux comme pour les chanoines titulaires, la *cappa magna*, dans cette église, est l'habit de chœur, et ils en usent dans toutes les fonctions « in quibus capitulariter incedunt vel assistunt, » comme les chanoines titulaires. Ce premier point est incontestable. Peuvent-ils aussi user des insignes dans l'église métropolitaine, quand ils y sont « ut singuli, » par exemple, quand ils y prêchent, etc.? Encore une fois, à ne voir que le droit commun, nous disons oui : ils sont dans l'église du Chapitre, et ils peuvent, en matière de privilèges honorifiques, tout ce que peuvent les chanoines titulaires.

Cette interprétation est-elle contraire à la réponse de la

(1) Nous soulignons ces mots pour bien faire comprendre que la S. Congrégation n'a considéré et ne pouvait considérer que les droits accordés par le Bref. Nous aussi, en appliquant au Bref de Reims les principes d'interprétation qui règlent la matière, nous nous en tenons à ses termes et au droit commun. Cf. *Nouv. Revue Théol.*, t. xxvi, p. 134.

S. Congrégation du Concile, qui prononce que le privilège accordé par le Bref de 1851 aux chanoines de l'église cathédrale de Reims s'étend aux chanoines honoraires *dans les fonctions capitulaires seulement*? Certainement, la lettre de la décision est contre nous; nous ne croyons pas cependant qu'il faille l'entendre aussi rigoureusement. La S. Congrégation, pensons-nous, a eu surtout en vue de porter remède à l'abus signalé par les chanoines titulaires et rappelé dans le *Folium*; elle n'a pas voulu qu'une fausse interprétation de sa réponse affirmative parût confirmer l'abus, contre son intention. Elle a donc pensé à ces chanoines honoraires qui portent la *cappa* et la croix capitulaires dans l'église où ils sont curés, aumôniers, etc., et n'importe dans quelle église, « in villis, in rusticanis et pauperioribus ecclesiis; » et c'est pour ce motif qu'elle a rappelé la règle. Le chanoine honoraire participe aux privilèges du Chapitre seulement en tant qu'il est membre du Chapitre, c'est-à-dire « in functionibus capitularibus tantum, » ou, plutôt dans l'église du Chapitre seulement. Nous croyons encore que la décision peut s'entendre ainsi, et par conséquent, qu'elle n'enlève rien aux chanoines honoraires; elle ne fait que leur appliquer le droit commun.


Nous reconnaissons volontiers qu'on peut être plus sévère, et s'en tenir strictement aux termes dont se sert la S. Congrégation; il faudrait dire alors que la réponse restreint les privilèges des chanoines honoraires de Reims en leur déniait le droit de porter les insignes capitulaires dans l'église métropolitaine, même quand ils y sont « ut singuli ». On appuierait cette manière de voir en faisant remarquer que l'église métropolitaine n'est pas l'église propre des chanoines honoraires qui sont curés, aumôniers, etc., dans toute l'étendue du diocèse; c'est l'église de leur titre qui est vraiment leur église propre. Nous contestons la valeur

de cet argument. D'abord, il ne peut s'appliquer aux chanoines honoraires qui résident dans la ville épiscopale, et surtout sur le territoire de l'église métropolitaine, sans exercer aucune fonction ni être attachés à aucune autre église. De plus, on peut très bien dire que les chanoines honoraires qui sont curés ou aumôniers, ont pour église propre, en tant que curés ou aumôniers, l'église de leur titre; mais, en tant que chanoines, leur église propre est l'église métropolitaine. C'est pour cela que nous préférons ne point admettre dans la décision de la S. Congrégation une restriction du droit commun.

D'autres ont émis de cette décision une interprétation que nous croyons absolument fautive; c'est pour cela que nous la signalons. Ils ont dit que la S. Congrégation a restreint les droits des chanoines honoraires de Reims, parce qu'elle leur dénie le droit, accordé d'une manière générale à tous les chanoines honoraires, par le Bref *Illud est proprium* (1), de porter leurs insignes dans toute l'étendue du diocèse où ils ont été nommés. Le Bref *Illud est proprium* n'a pas le moins du monde cette portée; nous croyons l'avoir démontré l'an dernier, et nous n'y revenons pas (2).

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxvi, p. 129.

(2) *Ibid.*, pag. 138.



S. R. ET U. INQUISITIO.

I.

*De l'assaisonnement au gras
en carême ou aux jours d'abstinence pendant l'année.*

Nous avons à publier une décision rendue en 1889 par la S. Inquisition, mais qui, jusqu'ici, n'était pas connue. Elle contredit un grand nombre de réponses de la S. Pénitencerie, qui étaient regardées comme faisant loi.

C'est par une question récemment posée à la S. Inquisition que nous connaissons la réponse de 1889. Il s'agit de l'assaisonnement au gras permis par indult en carême ou pendant les jours d'abstinence de l'année. Nous n'avons pas la supplique adressée à la S. Inquisition par Mgr l'Évêque d'Alexandrie; mais les Revues nous en apportent une analyse qui ne peut qu'être fidèle. On demandait la solution d'un doute bien souvent soumis à la S. Pénitencerie : quel est, au juste, le sens des termes de l'indult qui permettent l'assaisonnement au gras? Par les termes : *condimento di grasso* en italien, *condimentis ex adipe* en latin, faut-il entendre seulement la graisse de porc, ou peut-on employer la graisse de n'importe quel animal?

Voici la réponse de la S. Inquisition : elle est en italien ; nous donnons en regard la traduction latine :

Illmo e Rmo Signore,

In risposta alla pregiata sua
del 12 corrente diretta a Mon-

Illme et Rme Domine,

Pro responsione litteris Ex-
cellentiæ Vestrae diei 12 cur-

signor Commissario generale di questa Suprema, partecipo a Vostra Signoria che nella feria iv, 1 Maggio 1889, propostosi il quesito se l'espressione *condimenti di grasso*, usata negli indulti per la Quaresima e pei condimenti fra l'anno, dovesse intendersi del grasso di qualità animale, gli Emi Signori Card. Inquisitori generali miei colleghi risposero :

Affirmative.

Le auguro dal Signore ogni bene.

Di Vostra Signoria

Affezionatissimo nel Signore

R. CARD. MONACO.

rentis, Rmo Commissario generali hujus Supremæ directis, Eadem certiore facio, proposito sibi in feria iv, 1 Maii 1889 quæsito an termini *condimenta ex adipe*, in indulto Quadragesimali seu etiam dierum abstinentiæ per annum adhibiti, intelligendi sint de adipe qualitatis animalis, Emi Cardinales una mecum Inquisitores generales responderunt :

Affirmative.

Ei felicia cuncta adprecor a Domino.

Excellentiæ Vestræ

Addictissimus in Domino

R. CARD. MONACO.

Nous ferons remarquer en premier lieu que cette décision ne porte pas de date précise ; il y est bien dit que la supplique de Mgr l'Évêque d'Alexandrie était datée du 12 courant ; mais le mois n'est pas autrement indiqué. Comme la Revue qui nous a apporté la décision est parvenue entre nos mains avant le 8 Mai, nous pouvons seulement conclure qu'il s'agit d'un mois précédent. D'ailleurs, cette omission n'infirmes pas pour nous la valeur de la décision.

Au tome xx de la Revue, page 90, pour répondre à une consultation qui nous était adressée, nous avons cité, après les *Acta S. Sedis*, deux décisions de la S. Pénitencerie, dont l'une est nettement en contradiction avec la réponse de la S. Inquisition :

An in concessione condimentorum (vulgo *di grasso*) intelligatur concessus usus condimenti ex adipe cujuscumque animalis?

RESP. — *Utendum tantum condimento suino.*

Ce n'est pas la seule réponse dans ce sens; celui qui voudrait en avoir l'énumération la trouvera dans De Angelis (1); il y trouvera même une réponse de 1836, qui n'a été donnée qu'après rapport à Grégoire XVI et sur l'ordre formel de Sa Sainteté. Pour expliquer cette contradiction, faut-il dire, comme on le fait très souvent, que la S. Pénitencerie a seulement pour but de trancher les cas de conscience pratiques, qu'elle les tranche en prenant le parti le plus sûr, mais qu'elle n'a nullement l'intention ni le pouvoir de donner une interprétation définitive et authentique. Ainsi, lorsqu'il s'est agi de savoir si le mariage civil produit l'empêchement d'honnêteté publique, la S. Pénitencerie, qui, plusieurs fois, avait donné une réponse affirmative, n'hésitait pas à reconnaître elle-même que la solution définitive n'était pas de sa compétence, et dès 1867 elle répondait à une consultation : « Cum spectet ad hoc Tribunal providere casui practico prout expedire in Domino arbitratur, et ad S. Congregationem Concilii punctum juris definire...; » et le Secrétaire de la S. Congrégation du Concile proclamait, lui aussi, cette vérité en disant : « Sacram Pœnitentiarum per memorata responsa noluisse quæstionem decretorie definire, sed potius sententiam proponere pro regula practica, quæ tutius prospiceret, necessitatem quodammodo objiciens petendi saltem ad cautelam dispensationem (2). »

Faut-il dire la même chose aujourd'hui? Peut-être; nous

(1) Lib. III, tit. XLVI, 6^o.

(2) Nos lecteurs se rappellent que la S. Pénitencerie, sur la demande de Monseigneur l'Évêque de Marseille, a donné la même explication de sa réponse à Monseigneur l'Évêque de Luçon, relativement à un maire qui avait à prononcer une sentence de divorce.

ferons remarquer cependant que la S. Pénitencerie s'était prononcée après avoir consulté le Souverain Pontife et avait rendu sa décision sur son ordre. Qu'on dise alors que le mot *di grasso* est général, qu'il souffre parfaitement l'interprétation générale que lui donne aujourd'hui la S. Inquisition, et qu'il y a un changement toujours possible de jurisprudence. Nous n'y voyons pas d'inconvénient ; en tout cas, la Congrégation Suprême s'est prononcée, et c'est sa décision qui doit être suivie.

II.

De assistentia functionibus schismaticis in Imperio Russiaco.

Non semel ad hanc Sanctam Sedem relatum est in nonnullis imperii russiacci provinciis infeliciter accidere, ut publicorum gymnasiorum scholarumque discipuli catholici aliquoties per annum templa acatholicorum adire, una cum discipulis acatholicis sacris eorum functionibus interesse, atque ritibus acatholicis participare, crucem a ministro acatholico porrectam osculari, genuflectere, panes benedictos accipere aliasque cæremonias peragere adigantur. Ex qua re non solum ipsi adolescentes eorumque parentes in grave salutis periculum conjiciuntur, sed etiam cappellani scholarum, præceptores religionis, confessarii-que puerorum magnas in angustias atque discrimina incidunt. Quamobrem iterum iterumque a Sede Apostolica postulatum est, ut conscientiis fidelium subvenire, atque circa rationem qua sive scholares prædicti eorumque parentes sive confessarii atque magistri in difficillimis illis adjunctis se gerere debeant, opportunas regulas constituere ac præscribere velit. Cui postulationi debitoque custodiendæ fidei satisfacere cupiens, S. Congregatio Supremæ et Universalis Inquisitionis auctoritate Apostolica decrevit quæ sequuntur :

I. Discipulorum præsentiam in expositis circumstantiis pro civili tantum cæremonia haberi non posse, sed continere vetitam omnino communicationem in sacris acatholicorum, atque ideo prorsus illicitam esse.

II. Magistros religionis in prædictis scholis teneri, si a discipulis eorumve parentibus interrogentur, eos monere, communicationem, de qua agitur, tolerari non posse, divinisque atque ecclesiasticis legibus contrariam esse.

III. Quod si interrogati semel discipulos monnerint vel prædictæ communicationi licet frustra obstiterint, non teneri protestationes seu monitiones iterare, nisi fundata adsit spes, iterationem utilem et efficacem fore, a qua etiam tum abstinere possunt, cum ex protestatione seu monitione iterata graviora mala timeantur.

IV. Quod si magistri religionis a discipulis non interrogentur, attentis gravissimis rerum circumstantiis, remoto scandalo, dissimulare posse, si pueri in bonâ fide sint. In qua tota re magistri prædicti iudicio Episcopi stare poterunt.

V. Confessarii ad quorum iudicium hujus generis casus in tribunali pœnitentiæ deferri contigerit, tenentur pueros, qui licet non ignari graviter illicitam esse communicationem in sacris, de qua agitur, eam nihilominus imminentium malorum metu admiserint, similiter parentes, qui filii culpæ committendæ auctores fuerint, diligenter instruere, corrigere et exhortari; nec eos absolvere poterunt, nisi serio promiserint, se in posterum a vetita communicatione in divinis sive committenda sive præcipienda abstenturos esse. — Quod si tamen adolescentes vel parentes in bona fide sint, poterunt confessarii, attentis gravissimis rerum circumstantiis, dissimulare, eos in hac bona fide relinquere, atque ab eisdem monendis abstinere.

VI. Quod si alicubi mos sit, ut non omnes discipuli scholarum sacris acatholicorum intersint, sed pars tantum a ceteris electa omnium nomine assistat, declarat hæc S. Congregatio, hanc sive electionem sive interventionem illicitam esse, posse tamen, sive pueri in bona fide sint, dissimulari, remoto scandalo.

Datum Romæ ex S. Officio die 26 Aprilis 1894.

Concordat cum originali.


J. MANCINI, S. R. et U. Inq. not.

Nous avons eu plusieurs fois l'occasion de parler dans la *Revue* de la communication *in sacris* avec les hérétiques ou les schismatiques (1); en particulier, nous avons pu citer une supplique adressée au Saint-Siège par un Évêque des provinces polonaises soumises à la Russie, qui relate tous les faits rappelés au commencement du décret ci-dessus, et nous avons donné la réponse de la S. Inquisition en date du 28 Juin 1889 (2). Le décret actuel ne fait pas mention de cette réponse; il se contente de dire que des questions analogues ont été bien des fois présentées au Saint-Siège. Les numéros 1, 2 et 6 du décret confirment très nettement, d'ailleurs, la réponse de 1889; il y a bien, dans les faits cités, communication *in sacris*, et par conséquent ils tombent sous les défenses portées par les lois divines et humaines. Nous ne revenons pas sur les explications et commentaires donnés alors.

Nous n'avons pas non plus l'intention d'insister sur la dernière partie de la décision actuelle. Elle contient les règles pratiques à suivre dans ces cas difficiles; ces règles ne sont pas autres que celles qui sont tracées par les théologiens sur la bonne foi et l'obligation de la monition. Cette simple remarque suffit, et nous ne croyons pas que des développements soient nécessaires.

(1) Voir notamment notre tome xx, page 401 et seq.

(2) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxii, p. 127 et seq.



S. RITUUM CONGREGATIO.

ROMANA.

Sacrorum Rituum Congregationi insequentia Dubia enodanda fuere proposita :

DUB. I. S. R. C. per Decretum LYCIEN, 4 Aprilis 1705, ad v, declaravit officia Sanctorum ad libitum esse omittenda, si ab aliquo officio Dominicæ anticipandæ impediuntur. Idem statutum legitur in recentiori Decreto NAMURCEN, 29 Maii 1885, ad 1. Utrum officium Dominicæ anticipandæ impediat quoque recitationem officii votivi ad libitum ex iis, quæ SSmus Dominus Noster Leo Papa XIII nuper indulsit?

DUB. II. Cæremoniales Episcoporum, lib. II, cap. III, n. XVII, docet : « In duplicibus... minoribus, semiduplicibus et feriis non oportet Celebrantem (*ad vespervas*) esse paratum, nec fieri thurificationes. » Hinc quæritur : An quando solus Celebrans paratus est sine Ministris, thurificationes in Vesperis fieri debeant, an tantum fieri possint, uti videtur innuere Decretum ORD. MIN. DE OBSERVANTIA 16 Aprilis 1853, ad 25?

DUB. III. Quænam sequendæ normæ in conjungendis hymnis sanctorum propriis, si habeantur in Breviario, quando relativa festa primis vespervis carent?

DUB. IV. Si feria VI post octavam Ascensionis occurrat duplex secundæ classis, omittendane est ejusdem feriæ commemoratio, non modo in Laudibus et Missa, sed etiam in secundis vespervis?

DUB. V. Cum commemoratio Crucis tempore paschali in officio votivo de Passione fieri non debeat, eadem commemoratio omittendane est etiam in officio votivo de Eucharistia, si tempore paschali recitetur?

DUB. VI. In Laudibus et Missa S. Agapiti P. C., die 20 Sep-

tembris, si facienda quoque sit commemoratio Vigiliæ S. Matthæi Apostoli, quum pro S. Pontifice et pro vigilia eadem habeatur oratio, quænam ex duabus mutanda?

DUB. VII. Quando feria v actum est officium votivum de Sanctissimo Sacramento, et feria vi agendum est de Sacra Spinea Corona vel de Sacratissima Sindone D. N. J. C., quum in primis vesperis commemoratio SSmi Sacramenti sit omit-tenda, dicine debet doxologia ejusdem Sacramenti propria, in hymnis ejusdem metri, sive ad secundas vesperas, sive ad Completorium?

DUB. VIII. Quando in vigilia Pentecostes occurrit officium Sancti ad instar simplicis redigendum, legine debet ejus nona lectio, si sit historica, ad matutinum, uti ante reformationem Rubricarum faciendum erat?

DUB. IX. Quandoque in diem 20 Decembris incidunt simul vigilia S. Thomæ Apostoli et feria iv Temporum, cujus evange- lium legi quidem deberet in Missa, sed non potest, quia idem est ac evangelium festi quod recolitur. Hinc quæritur : An legi tunc debeat in fine Missæ evangelium vigiliæ, an potius S. Joannis?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, ita propositis Dubiis rescriben- dum censuit, videlicet :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Affirmative ad primum ; negative ad secundum.*

Ad III. *Hymnus Vesperarum conjungendus est cum altero ad Matutinum, quoties eodem metro uterque gaudet, et secun- dus est continuatio primi : quod si ordo historicus aliud requi- rat, servetur Decretum LINCEN 3 Jun. 1892, ad 17.*

Ad IV. *Negative.*

Ad V. *Affirmative.*

Ad VI. *In casu aliisque similibus Missa STATUIT pro S. Pon- tifice et Confessore mutetur in aliam : SACERDOTES.*

Ad VII. *Affirmative.*

Ad VIII. *Affirmative.*

Ad IX. *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 5 Februarii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. Secret.

Il serait trop long de nous arrêter à chacun des doutes ci-dessus; mais il en est deux qui réclament quelques mots.

PREMIER DOUTE. *Il n'est pas permis de dire un des offices AD LIBITUM récemment concédés par Léon XIII le jour où l'on doit faire l'office d'un dimanche anticipé.* — La *Nouvelle Revue Théologique* a une dissertation sur ce sujet; notre conclusion, contraire à celle des *Ephemerides liturgicæ*, était qu'on peut substituer la récitation de ces offices votifs à celle de l'office d'un dimanche anticipé, autre que le second dimanche après l'Épiphanie (1). La décision actuelle nous donne tort, et attribue à tous les dimanches anticipés sans exception ce que nous réservions au second dimanche après l'Épiphanie, plus privilégié que les autres. Nos lecteurs voudront bien s'en souvenir.

DOUTE HUITIÈME. *Il faut, en la vigile de la Pentecôte, lire la neuvième leçon d'un simple ou d'une fête simplifiée.* — Cette fois, c'est la *Nouvelle Revue Théologique* qui a raison contre les *Ephemerides* (2); il y a même ceci de remarquable que les *Ephemerides* avaient d'abord soutenu notre sentiment et s'étaient rétracté après examen plus approfondi de la question et aussi « post altius acceptum consilium; » ce qui prouve la justesse des observations que nous avons faites sur ce dernier point (3).

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xx, page 66.

(2) *Plus haut*, page 101.

(3) *Ibid.*, page 110. Le dernier numéro des *Ephemerides* nous apprend que c'est la Commission liturgique qui avait été consultée, et qui a modifié son sentiment.

EX S. PŒNITENTIARIA APOSTOLICA.

I.

Responsum circa executionem rescriptorum dispensationis.

Texte italien de la supplique.

Traduction latine.

Eminenza Revma,

Eminenza Revma,

Benedetto Maria della Camera, Vescove Ausiliare e Vicario Generale di Telese ossia Cerreto, ossequiosamente espone all' Eminenza Vostra Revma quanto segue :

È avvenuto qualche volta che nelle domande che si fanno alla S. Sede per dispense matrimoniali dall' Ordinario dell' oratore, si è per errore esposto che la oratrice apparteneva alla stessa Diocesi, mentre alla per origine e domicilio era di altra Diocesi.

E nato quindi, ottenuto il favorevole Rescritto sia per l' organo di cotesta S. Penitenzieria, sia per quello della S. Dataria, il dubbio circa la validità o liceità della esecuzione.

Benedictus Maria della Camera, Episcopus Auxiliaris simul et Vicarius Generalis Thelesin. seu Cerreten., Eminentiæ Vestræ Revmæ supplex exponit quod sequitur :

Aliquoties accidit Ordinarium Oratoris in precibus ad S. Sedem pro dispensationibus matrimonialibus directis exposuisse ex errore et oratricem ad eandem diœcesim pertinere, licet ipsa origine et domicilio aliena sit.

Hinc, post obtentum sive a S. Pœnitentiaria, sive a S. Dataria Rescriptum favorabile, exortum est dubium circa validitatem vel liceitatem executionis.

Ad eliminarlo, si fa umile supplica all' Eminenza Vostra Revma perchè si compiaccia dichiarare :

I. Se attese le norme date dalla S. U. I. il 20 Febbraio 1888 si può dall' Ordinario dell' oratore, che ha date le testimoniali, eseguire *validamente* una dispensa quando per errore si è detto nelle testimoniali medesime che l' oratrice era della stessa Diocesi, mentre sia per origine sia per domicilio apparteneva ad una Diocesi diversa?

II. Posto che si possa *validamente* eseguire una siffatta dispensa, la si può pure *lecitamente*, senza un nuovo ricorso alla S. Sede?

Sacra Pœnitentiaria ad præmissa respondet :

Ad utrumque affirmative; sed si error animadversus fuerit, corrigendus est.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 6 Februarii 1895.

F. N. AVERANDIUS, S. P. Reg.

V. CAN. LUCHETTI, S. P. Secr.

II.

*Interpretatio facultatis absolvendi hæreticos
in Quinquennialibus concessæ.*

Eminentissime Princeps,

Episcopus Cordubensis in Hispania ab Eminentia Vestra Reverendissima petit solutionem Dubii ut infra :

Ad quod removendum, humiliter supplicatur ut Eminentia Vestra Revma declarare dignetur :

I. Utrum, attentis normis a S. U. I. sub die 20 Februarii 1888 datis, possit Ordinarius oratoris, qui testimoniales litteras subsignavit, *valide* exequi dispensationem, quando eædem testimoniales ex errore ferunt oratricem ipsiusmet diocesis esse, ea tamen sive origine sive domicilio ad aliam pertineat?

II. Et quatenus possit *valide* executioni mandari præfata dispensatio, an et *licite*, absque novo recursu ad S. Sedem?

In facultate a Sacra Pœnitentiaria concessa, sub num. III, legitur : *Absolvendi... exceptis hæreticis publicis sive publice dogmatizantibus, a quibusvis, etc.* Petitur an verbum *sive* explicat quod hæretici publici sunt illi qui excipiuntur? Vel excipiuntur hæretici publici, et illi qui publice dogmatizant? Responsum ab Eminentia Vestra infrascriptus Episcopus expostulat.

Et Deus. .

Sacra Pœnitentiaria proposito Dubio respondet :


Per III Facultatem folii quinquennalis Sacræ Pœnitentiariæ concedi potestatem absolvendi hæreticos etiam publicos, dummodo non sint dogmatizantes.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 26 Martii 1894.

N. AVERARDIUS, *S. P. Reg.*

A. MARTINI, *S. P. Secret.*

La question proposée n'était pas très claire, mais la réponse de la S. Pénitencerie ne peut laisser aucun doute. Le pouvoir d'absoudre de l'hérésie compris dans les Facultés quinquennales s'applique à tous les hérétiques, même publics, pourvu qu'ils n'enseignent pas leurs erreurs; les termes : *sive publice dogmatizantibus* sont explicatifs du mot *publicis*, et en restreignent la portée. Beaucoup d'hérétiques peuvent être notoirement connus comme tels et ne pas dogmatiser; ils ne sont pas exclus du pouvoir donné par les Facultés quinquennales.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES QUESTIONS DE MORALE.*Suite* (1).

III.**De materiæ consecrandæ præsentia.****CASUS.**

Cum in juvenum sodalities celebraretur B. Virginis, ejusdem patronæ, solemne festum, plurimi parati erant ad communionem sumendam in missa, quæ unica de more habebatur. Qui sacristæ munere fungebatur, hostiolis in pyxide compositis, Titium, qui sacris vestibus missam celebraturus induebatur, admonuit de peragenda illarum consecratione. Cui sacerdos :
“ optime quidem, faveas tamen pyxidem ad altare deferre. ”

Verum Titius sacrum faciens, sacristæ admonitionis prorsus oblitus, nullatenus cogitavit de pyxide, quam post recitatam orationem dominicam extra corporale sitam adspexit. Dubius de particularum consecratione et timens, ne forte, si illas distribuat, idololatriæ occasionem sumentibus præbeat, tutiorem sequitur partem et communionem omittit, dum juvenes ægro animo id ferentes illum vel scrupulosi vel negligentiis censura notant.

Missa absoluta, Titius statim adit suum confessarium, qui famâ eximii theologi gaudebat, eique totam rem aperit, simul quærens :

(1) Voir plus haut, pages 177 et seq.

1° *Qua ratione Eucharistiæ materia debeat esse præsens sacerdoti consecranti?*

2° *Utrum particulæ, quæ in pyxide erant, fuerint valide consecratæ?*

3° *An ipse recte egerit, ab illarum distributione se abstinens?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quæ ratione Eucharistiæ materia debeat esse præsens sacerdoti consecranti?

R. 1. Alia requiruntur ex natura rei ad consecrationem *validam*, alia ex legibus ecclesiasticis ad *licitam*.

Ex natura rei ea requiritur præsentia materiæ consecrandæ, ut verba formæ pronuntiata verificari possint, scilicet ut materia consecranda designari possit per verbum *hoc* vel *hic*. Ad quod necessarium est, ut sit *coram* loquente, nec nimis distans. Coram non est : quod est *a tergo*; quod separatur per parietem; quod longius, v. g. 50 passibus, distat, maxime quum submissa voce verba consecrationis pronuntientur : adeoque in omnibus illis casibus invalida esset consecratio.

E contrario : si coram me est cumulus hostiarum, *omnes* particulæ, etiam quæ aliis teguntur nec possunt videri, præsentibus sunt; similiter particulæ inclusæ in ciborio etiam clauso, vel velo tecto : quare, nisi intentio desit, hæc materia valide consecratur.

Circa materiam, quæ fuerit in tabernaculo clausa, S. Alphonsus, lib. 6, n. 213, sine nota recipiens approbat sententiam Busembaum dicentis : « Invalide consecratur materia... clausa in tabernaculo, ut docent Filliucci, Bonacina et alii. » Fateor, mihi rem non videri adeo certam, ita ut potius dicerem, consecrationem esse *dubiam*; nam probabilis ratio,

cur fortasse dici possit materia in tabernaculo clausa ei, qui stat coram tabernaculo, esse præsens, videtur hæc esse, quod tabernaculum re ipsa destinatur ad recipiendas particulas. saltem consecratas, fere sicut ciborium seu pyxis.

R. 2. Ut licita fiat consecratio, materia ita præsens esse debet, ut infra Missam collocari possit et collocetur eo loco et modo, quo a rubricis præscribitur. Videlicet : 1) debet collocari in altari; qui solus ex lege Ecclesiæ locus aptus est ad sacrificium, neque extra sacrificium ullam licet consecrationem Eucharistiæ peragere; 2) imo, quando altare non est consecratum per modum altaris fixi, cujus tota consecratur tabula, sed insertum habet solum lapidem consecratum seu tabulam portatilem, omnis materia consecranda consistere debet, moraliter loquendo, in ipso illo lapide consecrato (*Th. mor.*, II, n. 122; cf. Bened. XIV, *De sacrificio Missæ*, sect. 2, n. 139) : verum sufficit, ut *moraliter loquendo* in eo collocata sit, et quum sacerdos celebrans non possit decenter inquirere de lapidis amplitudine, eaque aliquando satis parva sit, videtur sufficere, ut celebrans super lapidem consecratum corporale extendat, materiamque consecrandam omnem in corporali collocet; 3) requiritur igitur. ut jam insinuatum est, ut materia consecranda reposita sit in corporali, in eoque ipso, in quo calix et hostia major sacerdotis pro Missa reponitur, prout S. R. C. expresse monuit decr. 12 Aug. 1854 (cf. *Th. mor.*, II, n. 124).

Quæ quidem collocatio sive ut in altari sive ut in corporali fiat, præceptum *grave* est.

Præcipitur etiam, ut, si materia accessorie consecranda sit in vase clauso, v. g. in pyxide, ut in ipsa consecratione vas discooperiatur. Verum hoc præceptum censetur non sub gravi, sed sub veniali obligare.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum particulæ, quæ in pyxide erant, fuerint valide consecratæ?

R. 1. Nullum est dubium, quin adfuerit pro particulis in ciborio contentis ea *præsentia*, quæ sufficiat ad validam consecrationem.

R. 2. Etiam nullum dubium est, quin sit illicitum, advertenter extra corporale consecrare; sed quum in nostro casu plena adfuerit inadvertentia, de peccato seu de illicita consecratione sermo jam esse nequit.

R. 3. Quæstio igitur solvenda est non tam ex ratione præsentia, quam ex ratione intentionis, adfueritne sufficiens *intentio*, vi cujus consecratio pyxidis peracta sit, annon.

Certe non adfuit intentio actualis; hæc enim sine advertentia est impossibilis; sed in consecratione omnis attentio ad pyxidem defuit. Relinquitur, utrum adfuerit virtualis intentio, scilicet *antea actu* habita et in aliquo suo effectu perdurans. Nimirum virtualiter perseverat intentio consecrandi certam materiam, si aliquo actu hæc materia ad consecrandum assumitur vel determinatur, atque hæc assumptio vel consecrandi intentio sacerdotem movet ad inchoandam vel ad continuandam Missam; tum enim, etsi in ipsa consecratione non amplius de ea materia vel non de tota cogitet, nihilominus propter intentionem virtualiter permanentem vere consecrat.

R. 4. Nunc autem certum est, Titium *aliquo modo* intentionem consecrandi etiam particulas in pyxide ante Missam habuisse. Etiam certum est, eum *potuisse* sic habere hanc voluntatem et intentionem, ut *ex ea* procederet ad dicendam Missam, v. g. si ratio communicandi populum ipsa causa erat Missam simpliciter celebrandi vel Missam nunc et in hoc loco celebrandi. Quodsi de hoc constiterit,

existimo, de valore consecrationis relate ad particulas pyxidibus non esse dubitandum.

Verum practice vix unquam hac de re ita constabit, ut non possit moveri aliquod dubium. Imo generatim hæc ante Missam concepta voluntas videtur non jam esse absoluta consecrandi intentio vel ad consecrandum assumptio, sed potius propositum id postea faciendi. Assumptio ad consecrandum potius fit, quando celebrans circa offertorium vel etiam antea omnem materiam consecrandam collocat rite in corporali, magis immediate et actualiter in ipsa consecratione detegens pyxidem. Dubium igitur plerumque manebit, utrum illa intentio ante Missam habita fuerit tantum propositum, quod ex inadvertentia executioni datum non sit, an intentio efficaciter perseverans et ad valide consecrandum sufficiens. Quapropter, nisi de fortiore voluntate *constiterit*, ejusmodi particule *pro dubie* consecratis habendæ sunt. *Theol. Mor.*, II, n. 125; *S. Alph.* lib. 6, n. 217; *Bened. XIV, De sacrif. Missæ*, lib. 3, c. 18, n. 6.

Unde solvitur :

QUÆSTIO TERTIA.

An Titius recte egerit, ab illarum distributione se abstinens?

Scilicet secundum ea quæ in Quæstione secunda dicta sunt, dubie consecratis particulas nequaquam poterat distribuere, ac proin recte egit Titius, nisi *certus* fuerit de sua voluntate in R. 4. explicata.

IV.

De intentione consecrandi.

CASUS.

Titius sacerdos, missam mox celebraturus, ab ecclesiæ rectore admonetur, hostiolas etiam in pyxide contentas et ad altare jam

allatas, consecrandas esse, eo quod Caius vir nobilis et apprime catholicus pro se et sua familia, præter missæ applicationem, communionem petierat. Sciens autem Titius, omnes de Caii familia decem numero esse, ratus proinde totidem in pyxide particulas consecrandas adesse, decem consecrare intendit.

Verum post consecrationem animadvertit, quindecim particulas ibidem a sacristano fuisse appositas. Hæret incertus, num omnes illæ veluti consecratæ habendæ sint, vel potius debeat ab illarum distributione abstinere. Timens autem, si communico ommitteretur, indignationem viri nobilis, qui pinguem dederat pro missa eleemosynam, communionem dare statuit; et, ut Eucharistiam certo daturus sit, verba consecrationis super pyxidem iterum profert sub conditione.

Quæritur :

1^o *Quomodo ministri intentio in materiam consecrandam ferri debeat?*

2^o *Utrum omnes particule in pyxide contentæ ante novam consecrationem tanquam consecratæ debuissent haberi?*

3^o *An recte se gesserit Titius consecrationem sub conditione iterando?*

RESPONSIO.

QUESTIO PRIMA.

Quomodo ministri intentio in materiam consecrandam ferri debeat?

R. 1. Ut ex natura rei sequitur, debet adesse vera intentio consecrandi, et consecrandi quidem certam et determinatam materiam. Intentio autem illa, quum sit actus voluntatis, impossibilis est, nisi præcesserit cognitio rei consecrandæ. Aliis verbis, consecrari nequit, quod non aliquo modo a consecrante præsens esse scitur vel præsumitur.

R. 2. Intentio, quatenus ipse *voluntatis actus* spectatur, debet esse saltem *virtualis*, ut in præcedenti casu explicatum est; quatenus *objectum* respicitur, debet ferri in materiam *determinatam*.

R. 3. Utrumque, scilicet et consecrandi voluntas et materiæ determinatio, fieri potest expresse seu explicite immediate in se, aut implicite et in alio.

Nimirum expresse et reflexe sacerdos habet actu *voluntatem consecrandi*, quando, ipsius consecrationis ejusque virtutis memor, hanc ipsam proprio voluntatis actu amplectitur; implicite habet actu voluntatem consecrandi, eo ipso quod hostiam sumit in manus atque super eam consueto modo consecrationis formam pronuntiat.

Materice determinationem habet sacerdos explicite et *in se*, quando hostiam suam plene ab aliis discernens sumit vel particulas consecrandas certo numero unam post aliam numerat et in patenam vel pyxim mittit; *determinationem in alio* facit, si omne “ quod sit in calice vel quod sit in pyxide ” consecrare intendit, vel etiam “ quod teneat in manibus ”, etsi non satis discernat vel inspexerit, sitne hostia unica, an sint duæ.

R. 4. Hinc fieri potest, ut etiam cum errore circa materiam, nihilominus valida facta fuerit consecratio. Nam si determinatio facta est in alio, hæc re vera facta est secundum rem, prout *est in alio*, non secundum id quo putabatur esse in alio. Ita etiam expresse statuit Rubrica Missalis (defect. VII, 2). “ Si sacerdos putans se tenere unam hostiam, post consecrationem invenerit fuisse duas simul junctas, in sumptione sumat simul utramque, ” scilicet utpote consecratam. Nam revera intentio erat consecrandi quod fuit in manibus; aliter enim non licuit, imo vix *potuit* fieri intentio, atque certissime per ipsam assumptionem in manus ita adest et perseverat, nisi sacrilege in aliam permutetur.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum omnes particule in pyxide contentæ ante novam consecrationem tamquam consecratæ debuissent haberi?

R. 1. Ex casus ipsius enarratione, intentio Titii ac proin solutio quæstionis non potest omnino erui. Videtur Titius habuisse intentionem hoc modo : « Volo *has decem hostias* in pyxide contentas consecrare. » Quodsi ita est, habuit intentionem consecrandi hostias in pyxide contentas, quas putabat esse decem numero; hinc illa erronea opinio non impedivit, quin omnes, i. e. quindecim particule consecrarentur, quia determinatio materiæ fiebat non per numerum denarium, sed per pyxim ejusque contentum.

R. 2. Si vero intendit accurate id, quod dicitur in casu, scilicet *consecrare decem*, determinatio materiæ facta non est. In pyxide erant plures quam decem; ergo determinatio denarii numeri non poterat fieri per pyxim, sed debuit fieri aliunde; sed aliunde facta non est, ac proin mansit consecratio particularum in pyxide contentarum invalida et nulla. De quo cf. Missale Rom., *De defect.*, VII, 1.

R. 3. Si Titius igitur, se suamque intentionem discutiens, certus fieri non potuit, non poterat particulas pro consecratis habere, sed debuit habere pro dubie consecratis; neque licuit eas pro S. Communionem distribuere. Solum si certus erat, se *priore modo* intendisse, « *has decem particulas consecrare* », potuit et debuit omnes pro consecratis habere atque eas pro S. Communionem distribuere.

QUÆSTIO TERTIA.

An recte se gesserit Titius consecrationem sub conditione iterando?

R. Hæc quæstio supponit, Titium non potuisse certum iudicium de habita intentione ferre. Sed sine dubio rem

objective graviter illicitam egit, consecrationis verba super solam pyxim sub conditione iterando. Id enim debuit fieri in alia Missa, in qua dirigenda erat intentio consecrandi absolute in hostiam consuetam majorem, et simul in particulas illas conditionate. Quod si hoc ipso die propter defectum sacerdotis celebraturi fuerit impossibile, differri debuit in diem sequentem : nisi prætulerit celebrans nunc statim has hostias dubie consecratas post sumptionem sanguinis, sed ante ablutionem vel cum ea, consumere.

Nam iterare consecrationem non licet nisi ad supplendum defectum sacrificii essentialem. Sed quoniam super materiam panis et vini principalem indubie et valide pronuntiata fuerat consecratio, nova consecratione conditionata inchoasset Titius novum sacrificium, idque sub conditione tantum, et essentialiter incompletum, quippe quod vini consecratione complere ne cogitavit quidem Titius; sed neque nova vini consecratione illud velle complere Titio licuisset, quia et de erat justa causa binandi, et si adfuisset binatio, fieri debet per reassumptionem totius Missæ formulæ, non quasi compenetrando Missam utramque.

Quo patet, complures et graves defectus latuisse in hac secunda consecratione conditionata. Quamquam si illæ angustię Titium non præparatum invenerunt, perplexitas quædam cum subjective poterat excusare.

AUG. LEHMKUHL, S. J.



LES CHAPITRES D'ANGLETERRE ET D'ÉCOSSE.

C'est une question soumise à la S. Congrégation de la Propagande par Mgr l'Archevêque d'Édimbourg, et renvoyée par la Propagande à la S. Congrégation du Concile, qui nous a donné la pensée de faire cette étude. Le Prélat dit avec raison dans sa supplique que le doute proposé par lui a son fondement dans la situation anormale des Chapitres d'Angleterre et d'Écosse : « *Difficultas inde exurgit quod Capitula Cathedralia apud nos, ob specialia nostra adjuncta, modo extraordinario et exceptionalis constituentur;* » et dans une autre pièce que nous aurons à citer : « *Attentis adjunctis, quæ in Scotia et in Anglia similia sunt...* » Nous avons voulu étudier cette situation extraordinaire, et la faire connaître à nos lecteurs; il y a toujours profit à se renseigner sur la discipline particulière aux diverses nations. Mais notre étude sera plus complète en ce qui concerne les Chapitres d'Angleterre, parce que nous avons des documents plus nombreux.

I. *Rétablissement de la hiérarchie ecclésiastique en ces deux pays.* — Le 29 Septembre 1850, par la Constitution *Universalis Ecclesie* (1), Pie IX rétablissait la hiérarchie épiscopale en Angleterre, y constituait une seule Province ecclésiastique, comprenant un Archevêque ou Métropolitain, l'Archevêque de Westminster, et douze Évêques ses suffragants; enfin, il assignait les limites de chaque diocèse, et se réservait de les démembrer et de créer

(1) Voir *Juris Pont. de Propag. Fide* part. 1, tom. vi, p. 105.

d'autres sièges plus tard. Le Pontife déclarait au surplus que les Archevêques et Évêques nouveaux resteraient soumis à la S. Congrégation de la Propagande et lui enverraient la relation sur l'état de leurs églises, mais, dans le gouvernement du clergé et du peuple, et en tout ce qui concerne la charge pastorale, jouiraient des droits et seraient soumis aux obligations que le droit commun et les Constitutions Apostoliques déterminent pour tous les Évêques. Il abrogeait les Constitutions, privilèges et coutumes contraires au droit commun et fondées soit sur l'état ancien des églises d'Angleterre, soit sur le régime des Missions, auquel ce pays avait été soumis ensuite, tout en se déclarant à l'avance prêt à venir en aide aux nouveaux Évêques et à accueillir avec bienveillance leurs demandes en tout ce qui paraîtrait propre à procurer la plus grande gloire de Dieu et le salut des âmes.

Ces dispositions ne regardaient que l'Angleterre ; en 1850, Pie IX ne pensait pas que l'Écosse fût mûre pour le rétablissement de la hiérarchie ecclésiastique ; il la laissait donc sous le gouvernement de trois Vicaires Apostoliques, tout en préparant l'avenir. Les désirs des catholiques lui ayant été exprimés plusieurs fois, et tout spécialement par le pèlerinage écossais qui se rendit à Rome à l'époque de son jubilé, le Saint-Père saisit la S. Congrégation de la Propagande de la question ; et tout était prêt, lorsque Dieu rappela à lui le vénéré pontife. Léon XIII accomplit ce que Pie IX n'avait pas eu le temps de faire ; dans la Constitution *In supremo*, du 4 Mars 1878 (1), il regarde comme un heureux présage pour son pontificat de pouvoir réaliser le dessein bien arrêté de son prédécesseur, et après avoir résumé et raconté l'origine et les vicissitudes de l'Église d'Écosse, il rétablit

(1) *SSmi D. N. Leonis PP. XIII Allocutiones, Epistole, etc.* (Édit. de la Société de S. Augustin, tom. 1, page 16.)

en ce pays, comme Pie IX l'avait fait pour l'Angleterre, la hiérarchie ecclésiastique. L'Écosse est partagée en six diocèses : le siège de la métropole est Édimbourg ; mais l'Archevêque porte le titre d'Archevêque de Saint-Andrew et d'Édimbourg en souvenir de l'antique église de Saint-André, Patron de tout le royaume. Le Pape établit en outre cinq diocèses suffragants de la métropole ; l'un d'eux, celui de Glasgow, a le titre d'Archevêché *ad honorem*. Les dispositions de la Constitution *In supremo* sont d'ailleurs les mêmes que celles de la Constitution *Universalis Ecclesiæ*, et, très souvent, exprimées dans les mêmes termes. Nous ne remarquons qu'une différence ; c'est que Léon XIII dit expressément dans sa Bulle que les Évêques d'Écosse continueront à jouir des facultés plus amples qu'ils avaient comme Vicaires Apostoliques.

II. *Bref d'institution des Chapitres d'Angleterre.* — Quand un diocèse est érigé, que l'Évêque est nommé, il faut penser à la création du Chapitre ; car, de droit commun, le Chapitre est le sénat de l'Évêque, lui donne son avis dans les questions prévues par le droit, l'assiste dans les fonctions pontificales, et pourvoit au gouvernement du diocèse pendant la vacance du siège par la nomination du Vicaire Capitulaire. Aussi, à partir du 29 Septembre 1850, Pie IX eut-il soin d'expédier successivement plusieurs Brefs pour nommer les Évêques titulaires des diverses églises d'Angleterre, ou, du moins, pour confier provisoirement aux Évêques nommés de quelques églises l'administration de celles auxquelles il ne croyait pas devoir donner immédiatement un Pasteur. Le 19 Novembre de la même année, paraissait le Bref *Nostris Apostolicis Litteris* (1), qui autorise la Cons-

(1) *Juris Pontif. de Propag. Fide Pars I*, tom. vi, pag. 110 ; *Collect. Lacensis*, tom. III, col. 955.

titution des Chapitres. Chaque Évêque reçoit, par ce Bref, commission et ordre (*committimus et mandamus*) de constituer, dans son propre diocèse et dans celui dont il a l'administration provisoire, un Chapitre composé d'une Dignité et de dix chanoines. Pie IX rappelle ensuite les droits et les obligations des Chapitres, tels que le droit commun les établit et que nous les avons exposés plus haut. Il insiste particulièrement sur la nomination du Vicaire Capitulaire, rappelant qu'elle est du droit du Chapitre, conformément au saint concile de Trente, à moins pourtant, dit la Bulle, que le Saint-Siège ait pourvu directement à l'administration du diocèse vacant : il pouvait arriver, en effet, dans ces premiers temps, que le Saint-Siège eût des motifs pour intervenir, et il était prudent de le dire immédiatement. Le Pontife ajoute que la nomination du Vicaire Capitulaire sera dévolue au Métropolitain, ou, s'il s'agit du siège métropolitain lui-même, à l'Évêque le plus ancien, lorsque le Chapitre n'aura pas fait l'élection dans le temps prescrit par le concile de Trente, ou encore si une vacance venait à se produire avant que l'Évêque eût constitué son Chapitre.

L'avenir prouva que cette dernière précaution était nécessaire ; les choses ne vont pas toujours vite lorsque tout est à fonder, lorsque les ressources manquent, lorsque les hommes même sont déjà employés ailleurs ; et c'était le cas en Angleterre. Des Évêques moururent sans avoir constitué leur Chapitre, et avec eux expiraient les pouvoirs confiés par le Bref *Nostris Apostolicis Litteris*. Un recours au Saint-Siège devint donc nécessaire, et la S. Congrégation de la Propagande, par Rescrit du 10 Août 1851, donna la solution désirée en concédant aux nouveaux Évêques les pouvoirs dont n'avaient pas usé leurs prédécesseurs (1).

(1) *Coll. Lacensis*, tom. III, 956.

III. *Organisation des Chapitres.* — Mais c'est alors que les Évêques d'Angleterre se trouvèrent aux prises avec diverses difficultés. Les unes étaient particulières à quelques Chapitres, les autres communes à tous.

1° Les difficultés particulières à certaines églises étaient au nombre de deux :

a) L'Évêque de Plymouth et l'Évêque des sièges unis de Newport et Ménévia avaient peine à constituer leur Chapitre avec le nombre de chanoines prescrit par le Bref. Un Rescrit du 21 Avril 1852 permet que « *firma in reliquis dispositione Brevis remanente, capitulum Plymuthense erigatur, etiamsi præstitutus canonicorum numerus haud statim compleri valeat* (1). » Par un second Rescrit de la même date, l'Évêque de Newport et Ménévia n'était pas seulement autorisé à instituer son Chapitre avec un nombre restreint de chanoines; on permettait « *ut capitulum cathedrale, quod juxta tenorem Apostolicarum litterarum diei 19 Novembris 1850 pro memorata Ecclesia unicum modo esse debet, ex ipso capitulo Congregationis Anglo-Benedictinæ in Newportensi urbe constituendo efficiatur, addita etiam facultate eligendi minorem numerum capitularium, si statim decem juxta litteras Apostolicas haberi nequeant* (2). » La S. Congrégation prescrivait d'ailleurs qu'on lui soumit une Instruction pour approprier à cette situation spéciale les dispositions prises pour le gouvernement des autres églises d'Angleterre.

b) Une autre difficulté se présentait encore; certains diocèses n'avaient pas de cathédrale vraiment convenable : « *Nonnullas civitates in episcopales sedes adlectas talia adhuc haud habere templa, quæ amplitudine, magnificentia,*

(1) *Ibid.*, col. 957.

(2) *Coll. Lacensis*, col. 957.

atque omnimoda opportunitate mereantur in perpetuum assumi in ecclesias cathedrales. » De là un nouveau Rescrit, toujours du 21 Avril 1852, d'après lequel « pro Birminghamensi quidem Ecclesia cathedrali templum constituatur, quod in honorem S. Ceaddæ Episcopi et Confessoris dicatum reperitur; pro Suthwarcensi S. Georgii; pro Nottinghamensi S. Barnabæ Apostoli; pro Salfordensi S. Joannis Apostoli; Archiepiscopo vero Westmonasteriensi, cæterisque Episcopis facultas detur constituendi, vice cathedralis Ecclesiæ, provisoriam ratione templum quod modo opportunius præsto sit, ut interim omnia ibidem peragantur veluti in Ecclesia cathedrali, quæ deinde erit suo tempore designanda atque in perpetuum constituenda (1). »

2° A ces difficultés particulières s'ajoutaient des difficultés communes à tous les diocèses. Tout d'abord, et c'est là peut-être la plus grave, les Évêques n'avaient point de prébendes constituées pour les chanoines, et quand même ils en auraient eu, ils avaient peine à retirer des missions, des écoles et des autres charges très utiles au salut des âmes et au bien général, des ecclésiastiques que la pénurie de sujets ne leur permettait pas de remplacer. En outre, il fallait régler le mode de nomination des chanoines, et parmi eux du pénitencier ou du théologal, déterminer l'habit de chœur, préciser le nom de la Dignité accordée à chaque Chapitre. Tous ces détails sont réglés par un Rescrit de la Propagande, en date du 21 Avril 1852.

Quæ circa erectionem capitulorum cathedralium, ex conventu superiore anno inter Episcopos Angliæ habito, ab Emo et Rmo Domino Nicolao Wiseman, Archiepiscopo Westmonasteriensi, fuerunt relata, in S. Congregatione diei 5 Aprilis 1852 proposita sunt : cumque manifestum existat, ob adjuncta Ecclesiarum

(1) *Ibid.*, col. 958.

recenter institutarum, nonnulla quæ in jure canonico de capitulo Ecclesiæ cathedralis constituta habentur, executioni statim in memoratis Ecclesiis mandari haud posse; si Sanctissimo Domino placuerit, Eminentissimi Patres instructionem transmittendam censuerunt, ut ratio traderetur ea in re servanda donec aliter decernatur.

Cum canonicales præbendæ desint, et canonici curæ animarum, juventutis institutioni, aliisque officiis pro religionis bono, attento etiam mediocri sacerdotum numero, per diœcesim vacare debeant; existimarunt Emi Patres annuendum ut iidem ab onere residentię penes cathedralem, et sacra officia persolvendi eximantur, ita tamen ut in proxima synodo provinciali Episcopi curent de nonnullis diebus designandis, in quibus canonici chorum adire atque officia peragere teneantur, atque etiam apud Episcopos congregentur, præsertim pro negotiis circa quæ, ex sacris canonibus, capituli sententia est exquirenda.

Item probanda visa est methodus proposita pro eligendis canonicis, ita ut prima vice omnes, comprehensis quoque Dignitatibus, per Episcopos libere eligantur juxta Breve Apostolicum; in posterum vero, observata mensium distinctione circa collationem S. Sedis Rescripto peragendam, in reliquis alternis vicibus nominatio fiat, vel libere per Episcopum, vel per Capitulum, ea tamen ratione ut tres ecclesiastici viri semel, iterum, vel tertio Episcopo exhibeantur, ut idoneus et undequaque commendatus ab eodem canonicus instituat; aliter electio libere ad Episcopum pertineat.

Placuit etiam Rmis Patribus propositio Episcoporum, ut Dignitas in litteris Apostolicis pro singulis cathedralibus capitulis decreta titulo *Præpositi* distinguatur.

Constituendi pariter erunt canonici, theologus, ac pœnitentiarius, qui prima vice absque concursu ab Episcopis pariter eligantur; deinde vero ad tramites sacrorum canonum; pœnitentiarius autem, quoad fieri potest, penes cathedralem ecclesiam moretur; in proxima vero synodo agatur de lectionibus per canonicum theologum habendis ad tramites dispositionum

canonicarum, habito tamen respectu ad temporum locorumque circumstantias.

Cumque demum congruum admodum existat, ut qui in Ecclesiæ senatum, consiliarios Episcopi ac præcipuos adjutores ejusdem pro administratione diœceseos assumuntur, habitu quoque aliqua ratione distinguantur, admissa fuit Antistitum petitio, ut canonici, nulla facta distinctione diœceseos aut gradus, supra superpelliceum assumant mozzetam nigri coloris, non tamen sericam, juxta formam ab Emo et Rmo Archiepiscopo Westmonasteriensi designandam.

Sententiam S. C., Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX ab infrascripto Secretario relatam in Audientia diei 6 Aprilis, Sanctitas Sua benigne probavit, opportunis facultatibus concessis, eademque servari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum, ... etc.

AL. BARNABO, *Secretarius* (1).

Plusieurs de ces dispositions furent modifiées par des Rescrits subséquents ; il n'est pas également important pour nous de nous arrêter à toutes ces modifications ; nous tâcherons donc d'être brefs sur quelques-unes.

a) Nos lecteurs n'auront pas été sans remarquer la disposition qui remet, *juxta modum*, la nomination des chanoines alternativement à l'Évêque et au Chapitre ; mais, en France surtout, où cette règle est peu connue, quelques-uns se seront demandé le sens de la clause qui prescrit de respecter la distinction des mois « circa collationem S. Sedis Rescripto peragendam. » La S. Congrégation fait allusion à la Règle IX^e de la Chancellerie, d'après laquelle les bénéfices vacants pendant les mois de Janvier, Février, Avril, Mai, Juillet, Août, Octobre et Novembre, ne sont pas à la

(1) *Ibid.*, col. 956.

collation des Ordinaires, mais à celle du Saint-Siège. Mais, pour encourager les Évêques à la résidence, la même Règle offre aux Évêques qui résident dans leur diocèse, la grâce de l'alternative, c'est-à-dire la libre collation des bénéfices de deux mois en deux mois, en Janvier, Mars, Mai, Juillet, Septembre, Novembre, le Saint-Siège continuant à se réserver les mois intermédiaires. De cette façon, les Ordinaires gagnent deux mois dans l'année, et la réserve n'en atteint plus que six au lieu de huit. Cette grâce, l'Évêque de Southwark l'a demandée et obtenue pour tous les Évêques d'Angleterre par Rescrit du 27 Juin 1852, « dummodo vere resideant (1). » Il est assez étonnant que cette même faveur ait été redemandée en 1860, et concédée à nouveau par Rescrit du 22 Avril de cette année (2). Le premier Rescrit ne contient aucune limitation de temps, le second est accordé pour cinq ans; les conditions sont d'ailleurs les mêmes : « Dummodo Episcopi vere resideant, » et aussi : « Dummodo (*canonicatus vacantes*) non fuerint S. Pontifici ex alio titulo quam regulæ mensium reservati vel affecti. » Nous ne chercherons point à expliquer quelles sont les autres réserves du Saint-Siège; nous serions entraîné trop loin.

b) En 1858, le costume canonial a subi des modifications. Par le Bref *Sacerdotalia indumenta*, du 14 Mai de cette année, Pie IX accorde « ut Canonici Metropolitani Capituli Westmonasteriensis talarem vestem, non tamen sericam, violacei coloris, Canonici autem Capitulorum Suffraganeorum talarem item vestem, nec tamen sericam, nigri coloris, panno rubro extremis oris adsutam, cum globulis pariter rubris, in sacris functionibus induere, atque tam metropolitanum quam suffraganea capitula amiculum manicatum vulgo

(1) *Ibid.*, col. 988.

(2) *Ibid.*, col. 1026.

Rocchettum cum fimbria vulgo *Morletto* duodecim pollices mensuræ Anglicæ per altitudinem minime excedente gestare, nec non palliolum seu mozzetam, non tamen sericam, violacei coloris adhibere possint, quæ extremis oris pellem albam præferat mustelæ alpinæ vulgo *Armellino*, et panno etiam laneo violacei coloris subsuta esse queat cum globulis coloris rubri (1). »

c) Mais, sans aucun doute, la dispense la plus importante de toutes, est contenue dans le premier alinéa du Rescrit précité : c'est la dispense de la résidence et de l'office du chœur. C'est cette dispense qui constitue le Chapitre d'Angleterre dans une situation véritablement extraordinaire et tout à fait en dehors du droit; mais on comprend combien elle est justifiée par les circonstances particulières à l'Église d'Angleterre. A cette dispense était mise une condition; c'est que les Évêques réunis en concile provincial détermineraient certains jours dans lesquels les chanoines seraient tenus de venir au chœur et d'y faire les offices, comme aussi ceux où ils se réuniraient près des Évêques, surtout pour donner leur avis dans les cas prescrits par le droit. Cette condition a été remplie au premier synode de Westminster en 1850; les Pères s'expriment en ces termes :

Cum desint inter nos canonicales præbendæ, et canonici vel animarum curæ, vel juventutis institutioni in seminariis vacare ut plurimum debeant, ipsi canonici ab onere residentiæ, et sacra officia in cathedrali peragendi, auctoritate pontificia eximuntur; dummodo quolibet mense semel chorum adire, et divina officia peragere diebus per Episcopum ineunte anno designandis, habita ratione, si fieri possit, solemnioris alicujus festi in eodem mense incidentis, canonici teneantur. Ea vero occasione capitulares conventus haberi poterunt. Episcopus vero præfinit

(1) *Ibid.*, col. 1032; *Juris Pont. de Prop. Fide* pars I, tom. vi, p. 285.

quando apud ipsum sit conventus habendus, præsertim pro negotiis circa quæ, ex sacris canonibus, capituli sententia est exquirenda. Episcopi vero assensus et obtinendus, cum extraordinario canonici convenire ad capitulum velint (1).

Cependant on ne comprendrait pas entièrement la pensée des Pères du Concile et l'étendue de la dispense, si on ne comparaisait ce texte du Concile avec le passage suivant des statuts capitulaires :

Inhærentes Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, injungimus quod singuli canonici, legitimo cessante impedimento, quolibet mense, diebus per Episcopum ineunte anno designandis (salvo tum jure Capituli sæpius conveniendi, de consensu tamen Episcopi, tum etiam jure Episcopi illud cum voluerit convocandi), conveniant ad ecclesiam cathedralem, ut recitent psallendo Tertiam officii currentis, et deinde assistant missæ solemnibus... (2).

En résumé donc, les chanoines ne sont tenus qu'à la récitation de Tierce, et à l'assistance à la messe solennelle une fois par mois. Une supplique de Mgr l'Archevêque d'Édimbourg, citée plus loin, montrera que tel est bien le sens du décret des Pères.

d) Ainsi, l'obligation de l'office est réduite autant qu'il était possible de le faire. Cette situation tout à fait anormale porta les Évêques d'Angleterre à demander, et le Souverain Pontife à concéder le port de l'habit canonial en dehors de la cathédrale, dans l'église propre de chaque chanoine. La concession est du 14 Mai 1853 :

(1) *Acta Conc. Prov. Westmonast.* I, tit. xi, n. 8 (*Coll. Lac.*, III, col. 923).

(2) *Coll. Lac.*, III, col. 948.

Beatissime Pater,

Cum raro in Anglia possint canonici convenire, congruum autem videatur ut distinctiori habitu ipsis concesso frequentius valeant uti, Archiepiscopus Westmonasteriensis et Episcopi ad Provinciale Concilium collecti humillime petunt ut canonicus quilibet in ecclesia cui inservit, etiamsi non sit cathedralis, habitum canonicalem deferre valeat.

Ex audientia SSmi habita die 13 Martii 1853.

Sanctissimus D. N. Pius divina Providentia PP. IX, referente me infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, ex voto S. C. benigne precibus annuit, contrariis quibuscumque haud obstantibus.

Datum Romæ ex ædibus S. Congregationis, die 14 Maii 1853.

AL. BARNABO, *Secretarius* (1).

Il faut remarquer la date de ce décret ; il se place entre le décret du 21 Avril 1852, cité plus haut, qui accordait déjà aux chanoines d'Angleterre un habit particulier, et le Bref *Sacerdotalia indumenta*, du 14 Mai 1858, qui leur octroyait de nouveaux insignes. La concession de 1853 était-elle valable pour les insignes mentionnés dans le Bref qui lui était postérieur ? La difficulté a été prévue dans ce Bref, et son texte enlève tout prétexte à controverse, puisqu'il rappelle ce décret et veut qu'il soit toujours appliqué :

Volumus autem, ut editum Decretum die 14 mensis Maii ann. 1853 accurate observetur de canonicali indumento in respectivis ecclesiis adhibendo, itemque custodiantur ecclesiasticæ præscriptiones circa tempus, ac loca, quibus canonicalium vestium canonicalium ornamenta adhiberi ac gestari queant (2).

(1) *Ibid.*, col. 966.

(2) Pie IX, *Sacerdotalia indumenta* (*Coll. Lac.*, col. 1033).

e) Toutes ces dérogations au droit commun sont, du moins celles qui ont un caractère indéfini, insérées dans les statuts capitulaires; lus et approuvés en concile provincial, ces statuts sont fort remarquables, et contiennent un exposé des règles du droit qu'on ne trouve malheureusement pas partout. Nous nous abstenons de rien citer, pour ne pas donner trop de longueur à cet article : nos lecteurs trouveraient, du reste, le document entier dans la Collection *Lacensis*, à la suite des actes du premier concile de Westminster (1).

IV. *Chapitres d'Écosse.* — Telles sont les conditions dans lesquelles sont constitués les Chapitres d'Angleterre; malheureusement les documents nous manquent pour dire jusqu'à quel point la situation des Chapitres d'Écosse est identique. Nous ne savons pas quel est le nombre des chanoines, leur mode de nomination, le costume canonial; nous ignorons le nombre des Dignités. Mais les *folia* de la S. Congrégation du Concile du 14 Juillet 1894 renferment un Rescrit d'après lequel nous pouvons conjecturer que, substantiellement, les mêmes difficultés se retrouvent dans les deux pays et que le Saint-Siège y a pourvu d'une manière analogue. En tout cas, nous trouvons dans ces *folia*, que la première dignité du Chapitre est, comme en Angleterre, le *Prévôt*, et il est certain que la dispense de résidence et de récitation en chœur de l'office divin est la même, au moins pour le Chapitre métropolitain d'Édimbourg. C'est en 1886 qu'elle a été accordée, et voici le Rescrit de concession :

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide dato die 21 Aprilis 1852 exempti fuerunt Canonici in Anglia ab onere

(1) Col. 946 et seq. Nous devons au moins signaler la réglementation, par les statuts capitulaires, du droit, accordé aux Chapitres par une Instruction de la Propagande, de recommander aux Évêques les ecclésiastiques qui paraissent dignes de l'Épiscopat. Les Évêques, à leur tour, les recommandent au Saint-Siège.

residentiæ penes Cathedralem, et sacri officii peragendi persolvendi, ita tamen ut in Synodo Provinciali Episcopi curarent de nonnullis diebus designandis in quibus canonici chorum adire atque officia peragere tenerentur. In Synodo autem Westmonasteriensi prima statutum fuit quod singuli canonici quolibet mense convenirent ad Ecclesiam Cathedralem et recitarent psallendo Tertiam officii currentis, et deinde assisterent Missæ solemnæ.

Archiepiscopus S. Andreæ et Edimburgi humiliter petit ut, attentis adjunctis quæ in Scotia et in Anglia similia sunt, Capitulum Metropolitanum 1° Semel tantum quolibet mense conventum agere teneatur; 2° Ut recitatio horæ Tertie ante missam solemnem pro officio choralis sufficiat.

Ex Audientia SSmi habita die 21 Martii 1886, SSmus Dnus Leo divina Providentia PP. XIII, referente me infrascripto Archiepiscopo Tyren, S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, porrectis precibus benigne in omnibus annuere dignatus est pro gratia juxta petita.

Sans doute cette concession concerne le seul Chapitre métropolitain d'Édimbourg; mais le Rescrit dit expressément que les circonstances sont les mêmes en Écosse et en Angleterre; et l'on sait avec quelle facilité l'indult accordé au Métropolitain a pu être sollicité par les Évêques d'Écosse et étendu à chacun.

V. *Fonctions solennelles*, sede vacante. — Cette situation particulière a donné occasion à un conflit dans la cathédrale d'Édimbourg, *sede vacante*, et Mgr l'Archevêque a présenté à la S. Congrégation du Concile le doute suivant : A qui, du Prévôt du Chapitre, première Dignité, ou de l'Administrateur de la cathédrale, appartient-il, pendant la vacance du siège, de remplir les fonctions solennelles (1) que

(1) Au premier abord, on pourrait croire que la question de Monseigneur l'Archevêque d'Édimbourg est plus restreinte; mais il est facile de recon-

le droit réserve aux Évêques dans leur cathédrale? Question toute nouvelle, sur laquelle l'Archevêque d'Édimbourg demande une règle stable, pour couper court à toute discussion. Il est d'ailleurs évident que l'Archevêque, s'appuyant sur la situation particulière du Chapitre, incline pour le droit de l'Administrateur. Du décret qui dispense les chanoines de la résidence et de l'office du chœur, il croit pouvoir déduire trois conclusions : « 1^o Obligationi residendi substitutam fuisse obligationem propriis missionibus inserviendi; 2^o Canonicorum cum cathedrali connectionem non amplius subsistere, nisi quatenus debeant semel in mense ibi convenire, et si quando debeant forte Episcopo solemniter celebranti assistentiam præbere; 3^o Extra hos casus officia divina in cathedrali velut quasi parochialia habenda esse, et ad Præpositum aliosve de capitulo (excepto Administratore cathedralis) nullo modo pertinere eis interesse. »

La cause a été traitée à la S. Congrégation du Concile *per summaria precum*. Le résumé fait observer en premier lieu que, s'il fallait s'en tenir au droit commun, la question serait tranchée en faveur du Prévôt. Le Chapitre n'est pas supprimé, et la dispense qu'il a reçue doit être, comme toutes les dispenses, interprétée strictement. Or le droit commun est très clair sous ce rapport : « Si quidem in causis NOVARIENSI 8 Julii 1724 et in MEDIOLANENSI 26 Aprilis 1723, cum quæreretur an Præposito capitulari, sede vacante, utpote primæ Dignitati, competerent functiones de quibus agitur in casu; responsum fuit *affirmative* favore Præpositi. Unde Parochus sive cathedralis Administrator videtur non sibi posse exclusive vindicare celebrationem functionum in

naitre que les trois jours cités sont seulement donnés comme exemples : l'Archevêque parle « De functionibus cathedralibus quas Episcopus ipse dum viveret, v. g. feriæ v et vi, Sabbato Majoris Hebdomadæ. »

casu, quia prævalet jus capituli, quod jus aliunde non prohibetur per rescriptum dispensationis. »

Mais le rapport ajoute qu'il faut considérer l'esprit, plutôt que la lettre de la dispense. « Nam in casu pro singulis canonicis onus personalis et laboriosæ residentię apud cathedralē, ex benignitate Pontificis commutatum fuit in obligationem residendi in respectivis ecclesiis Missionum quasi parœciis; quocirca oneri recitandi in choro quotidie horas canonicas subrogatum fuit officium parochiale, salva tantummodo obligatione conveniendi semel in mense ad Missam conventualem celebrandam ob non extinctum collegium capitulare, uti jam dictum est. Quia canonici pro lubitu non possent susceptas ecclesias derelinquere ut vacarent officio canonicali potiusquam curæ animarum; ita videtur incongruum quod in Majori Hebdomada suas oves derelinquant, easque pabulo privent sacrarum functionum quando Ecclesia ad easdem enixius fideles invitat et incitat. Cæterum Præpositus non posse videtur sibi arrogare jus peragendi has sacras functiones in ecclesia cathedrali qua capituli caput, nisi capitularibus adstantibus seu conventum capitularem agentibus. Exinde tunc non solum Præpositus distraheretur ab officio pastoralis, sed singuli et universi canonici. Quapropter hæc videtur aperte fuisse mens Pontificis dispensantis a canonicali residentia, ut singuli canonici residentes apud ecclesias Missionum, iisdem in pastoralis munere inservire debeant *primo et principaliter*, seu in surrogationem muneris canonicalis. »

La S. Congrégation du Concile s'est rangée à ce sentiment et a répondu : *Attento indulto pontificio, præpositæ functiones, absente capitulo, rite peragi ab Administratore cathedralis.*

Examinons bien les termes de cette réponse : *Attento indulto*; la S. Congrégation montre par ces mots que ce


n'est pas le droit commun, mais l'indult qui détermine sa réponse.

Rite peragi : ces termes diffèrent de ceux qu'elle emploie souvent : *Jus privativum functiones peragendi spectare ad Administratorem*. Les premiers termes conviennent mieux pour le cas actuel, dans lequel l'Administrateur n'intervient que par suite d'une situation exceptionnelle, laquelle ne permet pas à la première Dignité d'user de son droit.

Absente capitulo : la S. Congrégation ne veut pas toucher à ce droit ; c'est pourquoi elle mentionne le motif de l'exception. D'où il suit que si le Chapitre se trouvait réuni, soit pour l'élection du Vicaire Capitulaire, soit pour donner son avis sur une affaire diocésaine, soit encore parce que c'est un des jours désignés au commencement de l'année par l'Archevêque, ou enfin parce qu'il lui plairait de se réunir (1), le Prévôt recouvrerait ses droits, et l'Administrateur de la cathédrale ne devrait y faire opposition.

Nous terminons ici notre étude sur les Chapitres d'Angleterre et d'Écosse ; si incomplète qu'elle soit, il nous semble qu'elle a pourtant son intérêt et qu'elle fait déjà connaître la situation exceptionnelle de ces deux pays.

(1) Il faut remarquer en effet que les statuts capitulaires des chapitres anglais réservent formellement le droit des chapitres de se réunir plus souvent qu'une fois par mois ; nous avons cité le texte plus haut. Nous ne voyons pas pourquoi ce même droit ne serait pas également réservé au chapitre d'Edimbourg.



MESSES VOTIVES SOLENNELLES PERMISES PAR INDULT.

Nous voudrions tenir la promesse que nous avons faite au cours d'un article précédent (1), et, après avoir parlé des messes votives privées que permet parfois aux jours doubles la S. Congrégation des Rites, traiter aussi des messes solennelles qu'elle autorise en certaines fêtes.

Il faut, avant tout, bien comprendre la distinction que nous voulons faire. Dans notre premier article, nous n'avons pas parlé des messes votives privées ordinaires, qui sont permises par la Rubrique aux jours de rite semi-double et au-dessous; nous avons étudié celles qui ne sont pas autorisées par la Rubrique, mais par indult, et nous avons cherché à préciser, autant qu'il est possible en pareille matière, les règles à suivre dans l'interprétation des indults et la célébration des messes.

Cette fois, nous voulons faire un travail analogue. Les Rubriques ou les décrets du Saint-Siège autorisent, sous certaines conditions, des messes votives solennelles en dehors des messes votives privées; citons, par exemple, la messe votive solennelle « pro re gravi et publica Ecclesiæ causa; » la messe solennelle du titulaire, ou de toute autre fête qui se célèbre avec concours extraordinaire du peuple, quand ces fêtes sont empêchées en leur jour d'incidence; la messe votive solennelle à l'occasion des Quarante Heures; la messe

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxvi, page 620, note 4.

votive de l'anniversaire de la préconisation et de la consécration de l'Évêque ; la messe votive des solennités transférées, prescrite en France par le décret général du Cardinal Caprara, et qui, pour ainsi dire, est de droit commun chez nous. Nous n'avons point l'intention de traiter « ex professo » de ces diverses messes votives solennelles : les bornes d'un article ne le permettraient pas.

Nous voulons seulement parler des messes solennelles accordées par indult particulier à certaines églises ou à des communautés. Encore ferons-nous un choix et négligerons-nous les indults qui étendent à la messe de l'Adoration perpétuelle dans certains diocèses les privilèges de l'Adoration des Quarante Heures, bien qu'on n'y suive pas les règles de l'Instruction Clémentine, et ceux qui accordent la translation au dimanche de la solennité de certaines fêtes non désignées dans le Concordat ; notre raison pour ne pas parler de ces deux indults, c'est que, pour avoir les explications nécessaires, il suffit de se transporter aux règles de l'Instruction Clémentine ou des solennités transférées par le décret du Cardinal Légat. Nous citerons d'abord quelques indults ; nous en donnerons ensuite l'interprétation.

I. INDULTS.

Les concessions de la S. Congrégation des Rites dont nous entendons parler ont quelque analogie avec celle de la Rubrique du Missel, partie I, chapitre VI, *De translatione Festorum*. Voici le texte de celle-ci.

In dicendis missis servetur ordo Breviarii de Translatione Festorum duplicium, quando majori aliquo Festo seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem ubi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum Festum quod transferri debet, possunt cantari duæ missæ, una de die, alia de Festo : excepta

Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota hebdomada majori, Dominica Resurrectionis et Dominica Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis et Festo Corporis Christi.

Depuis lors, la dévotion au saint Archange n'a cessé de s'étendre. Elle a trouvé d'ardents propagateurs et s'est conquis de généreuses sympathies bien au delà des frontières de la France. Sa Sainteté vient de répondre au nouveau recours qui lui a été adressé en accordant à l'Archiconfrérie le droit de s'agréger des confréries dans l'univers entier. Voici le Bref qui accorde cette faveur :

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vestigiis in-hærentes pias sodalitates ad pietatis et caritatis opera exercenda institutas peculiaribus privilegiis et facultatibus ornare ac ditare solemus. Jam vero cum dilecti filii curatores et sodales Archiconfraternitatis in Ecclesia loci Montis Sancti Michaelis dicti, Diœcesis Constantiensis, sub invocatione ejusdem Beati Archangeli canonice erectæ, supplices ad Nos preces admoverint ut sibi officialibus et sodalibus nunc et pro tempore existentibus facultatem aggregandi ubique terrarum concedere velimus, Nos hisce precibus benigne obsecundandum censuimus. Nos igitur exponentes et omnes ac singulos quibus hæ litteræ nostræ favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes Archisodalitatis supra dictæ officialibus et sodalibus præsentibus et futuris ut ipsi alias quascumque Sodalitates ejusdem nominis et instituti extra Urbem ubique terrarum existentes, eidem Archisodalitati, servata tamen forma Constitutionis re : me : Clementis PP. VIII Præd. Nostri aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, aggregare, illisque

omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac pœnitentiarum relaxationes ipsi Archisodalitati ab hac S. Sede concessas et aliis communicabiles communicare licite possint et valeant, Auctoritate Nostra Apostolica harum litterarum vi in perpetuum concedimus. Quidquid vero a memoratis Officialibus circa hujusmodi aggregationes tempore præterito non legitime neque rite actum est, id Apostolica Nostra Auctoritate sanamus et ratum habemus. Decernentes præsentis litteras semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sorti et obtinere, illisque ad quos spectat et in futurum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos judicari ac definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter aut ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quatenus opus sit dictæ Archisodalitatis etiam juramento confirmatione Apostolica aut alia quavis firmitate roboratis, statutis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIX Martii MCCCXCV, Pontificatus Nostri anno decimo octavo.

C. CARD. DE RUGGIERO.



S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

Le prêtre, qui dit une messe de sépulture sans avoir reçu d'honoraire, peut disposer de l'intention de sa messe à son gré.

C'est ce qui résulte d'une réponse faite par la S. Congrégation du Concile le 27 avril 1895. La cause a été traitée *per summaria precum*; nous donnons en entier le sommaire soumis à la S. Congrégation.

ROMANA.

DUBIUM QUOAD MISSÆ APPLICATIONEM.

Die 27 Aprilis 1895.

Quum S. Congregationi De Propaganda Fide Joannes Hofman, Vicarius Apostolicus loci Chan-Si Meridionalis in Imperio Sinensi, sequens obtulerit dubium : *An Sacerdos in exequiis persolvendis Missam celebrans, non recepto stipendio, debeat pro ipso defuncto, vel potius pro aliis petentibus et eleemosynam offerentibus sacrificium applicare queat*; eadem S. C. quæstionem H. S. C. pro congrua solutione remittit.

Jam ex enunciato dubio patet, hic quæri an Parochus, Missionarius vel quisque alius sacerdos, rogatus ut Missam quoque celebret in exequiarum perfunctione, quin eleemosynam recipiat nec de applicanda Missa exquiratur, an hic Sacerdos annuens postulationi et Missam celebrans teneatur etiam pro defuncto Sacrificium offerre, vel potius pro alio eleemosynam offerente vel in suam particularem intentionem Missam applicare queat.

Ratio cum primis dubitandi ex ipso Rituali Romano provenit. In titulo enim — *De Exequiis* — hæc habet : « Quod antiquissimi est instituti, illud quantum fieri poterit retineatur, ut

Missæ præsentæ corpore defuncti pro eo celebrentur antequam sepulturæ tradatur. — Cujus præscriptionis hanc fuisse mentem patet, ut Missa præsentæ cadavere celebretur, pro eo defuncto applicanda ; ait enim Rubrica *pro eo celebrentur*.

Id aliunde docet ipsa ritus natura : non enim ad pompam Missæ celebrationem desiderat, præcipit Ecclesia, sed plane in bonum defuncti spirituale, in peccatorum satisfactionem particularem. Inquam *particularem* ; si enim Ecclesia tantum exquireret fructum *generalem* a quacumque Missa fidelibus vivis et defunctis derivatum, supervacaneum omnino esset instare ut Missæ celebrarentur præsentæ cadavere ; pompa enim et solemnitas augetur, sed fructus expiatorius non augetur sane.

Eo magis quod nimis urgenda non est ratio non accepti stipendii, non solum ne turpis redoleat avaritiæ labes, sed etiam quia in eleemosynis dari solitis pro cadaveris associatione et exequiis, commode comprehenditur etiam congrua retributio pro Missæ applicatione. — In casu enim quo Missa exequias comitetur et compleat, funebre officium quid unum evadit ex integro directum in satisfactionem defuncti, quodque proinde una retributio etsi parva, ad instar eleemosynæ Sacerdoti oblata, sufficienter amplectitur.

Sed contra est, in Missæ Sacrificio apprime considerari triplicem fructum ; primum, *generalissimum* cujus fideles omnes fiunt participes ; alterum, *specialissimum* quo fruitur Sacerdos ; tertium, qui dicitur *medius*, quemque iis Sacerdos applicat pro quibus Sacrificium offert : ita juxta communem Doctorum sententiam uti videre est apud Bened. XIV *De Sacrif. Missæ*, lib. III, c. VIII.

Hac de causa non repugnat quod Missa *De Requie* in paramentis nigris et proprio ritu celebrata, a Sacerdote applicetur *pro vivis* ; uti reposuit S. Rituum Congr. *die 13 Oct. 1856* Dubio : *An liceat Sacerdotibus uti paramentis nigris et celebrare Missam de Requie ut satisfaciant obligationi quam susceperunt celebrandi pro vivis* respondens : *Affirmative, modo non diverse præscripserit qui dedit eleemosynam*. Item ex res-

ponsione ejusdem S. C., in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum possunt Missæ applicari etiam pro vivis. Sacra vero Congr. Indulgentiarum interrogata : *Utrum Sacerdos satisfaciat obligationi celebrandi Missam pro defuncto, servando ritum feriæ vel cujuscumque Sancti, etiamsi non sit semiduplex aut duplex, die 2 Aprilis 1840*, respondit : *Affirmative.*

Re quidem vera Ecclesia obsecrationibus et S. Liturgiæ precibus pro universis fidelibus Deum deprecatur in Sacrificio Missæ per Sacerdotis ministerium, unde significatur et obtinetur fructus Missæ *generalissimus* in omnes christianos diffusus; sed superest fructus *medius* a sacerdote applicandus cui de jure vel de ejus voluntate tribuendus erit. Quare distingui necessario debet *celebratio* Missæ a Missæ *applicatione* ratione fructus spiritualis, adeo ut quis teneri potest ad celebrandam Missam, sed non ad applicandam. Quare Benedictus XIV, *in opere citato l. c., c. 9*, docet quem posse in legato condendo Sacerdotem adstringere ad Missas celebrandas et non ad easdem fundatori applicandas, vel pro certo numero solum exigere celebrationem, non Missarum applicationem.

Ex principiis supra statutis, ac quæstioni pressius pertinens, descendit responsio data a S. C. S. Officii *die 1 Septembris 1841* quæstioni, *an in celebratione nuptiarum Sacerdos teneatur celebrare pro sponsis* : Responsum enim fuit : *Sacerdos non tenetur applicare pro sponsis nisi ab eisdem eleemosynam recipiat.* Nihilominus Rituale Romanum præscribit quasi partem ritus nuptialis integrantem quod - Sacerdos Missam pro sponso et sponsa ut in Missali Romano celebret... - Ecclesia vero suam obtinet intentionem ex simplici Missæ celebratione, in qua ferventiores pro sponsis Deo preces effunduntur et benedictiones adprecantur. Item in Missa pro defunctis Ecclesia suo nomine per ministerium Sacerdotis orat ad obtinendum fidelibus demortuis fructum satisfactorium et, defuncti præsentem cadavere, peculiare pro eodem offert in Sacrificio Missæ supplicationes.

Nullus vero amplius videtur esse locus dubitationi, si ani-


madvertatur, verba Ritualis Romani non continere præceptum ut Missa celebretur pro defuncto, ejus præsentem cadavere, sed simpliciter laudare morem et consuetudinem seu « Quod antiquissimi est instituti, illud quantum fieri poterit retineatur, ut Missæ præsentem corpore defuncti pro eo celebrentur, antequam sepulturæ tradatur. »

Sed quam in partem quæstio resolvi debeat, deliberabunt EE. PP.

Quare, etc.

La S. Congrégation a répondu :

Negative ad primum, Affirmative ad secundum.



S. CONGREGATIO CONCILII.

URGELLEN.

DUBIA SUPER TESTIMONIALIBUS AD S. ORDINES.

Dans notre précédent numéro, nous relations les réponses obtenues, sur cette grave question, de la S. Congrégation du Concile par Monseigneur l'Évêque de Parenzo et Pola. Nous avons à reproduire cette fois les doutes adressés à la même Congrégation par Monseigneur l'Évêque d'Urgel et les réponses qui lui ont été faites le 26 janvier dernier. La cause a été traitée *per summaria precum*; nous croyons qu'il y a lieu de reproduire tout le rapport fait à la S. Congrégation :

Die 26 Januarii 1895.

Episcopus Urgellensis sub die 12 Septembris currentis anni ad H. S. C. sequentes dabat litteras :

« Episcopus Urgellensis animo perpendens, tum quæ præscribuntur in Bulla *Apostolicæ Sedis*, art. 2, III, nempe Ordinarios incurrere suspensionem per annum ab Ordinum administratione si ordinent subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum ibi contrahere potuerit, absque Ordinarii ejus loci Litteris testimonialibus : tum resolutionem ejus Sacræ Congregationis Concilii 9 Septembris 1893, in qua decernitur necessarias esse has Litteras testimoniales, quando subditus proprius moratus sit alibi spatio mensium; huic S. C. C. exponit :

» Frequenter accidere, juvenes scholares percurrere varias diœceses tum ratione servitii militaris, tum aliis de causis; ita ut non raro eveniat, quod morati fuerint in pluribus diœcesibus

spatio trium mensium; quin aliquis sit, qui testimonium reddere possit de ipsorum natalibus, ætate, moribus, vita, fama, conditione, scientia, neque utrum aliqua censura, irregularitate aut alio canonico impedimento irretiti sint; cum, ut plurimum, omnibus sint ignoti, præcipue cum populosæ sint civitates in quibus parum temporis morati fuerint.

• Hisce prænotatis, huic S. C. C. sequentia proponit dubia :

• 1^m. Utrum in omnibus prorsus casibus, ad ordinandum subditum proprium necessariæ sint Litteræ testimoniales omnium Episcoporum locorum in quibus moratus fuerit, vel relinqui possit prudenti arbitrio Episcopi proprii, attentis circumstantiis subditi ordinandi?

• 2^m. Utrum Episcopus ordinans subditum proprium absque hisce Litteris testimonialibus alieni Episcopi in omnibus prorsus casibus incurrat ipso jure suspensionem per annum ab Ordinum administratione?

• 3^m. Utrum sufficientes censendæ sint Litteræ testimoniales alieni Episcopi, quando testatur nihil constare de ordinando; eo quia nemo sit qui de ordinando testimonium reddere possit, cum sit, ut judicatur, omnibus ignotus?

• 4^m. Utrum in casu sufficiat apponere ad valvas parœciæ in qua moratus fuerit ordinandus vel ad valvas palatii Episcopalis Litteras Episcopi diœcesani præcipientis omnibus et singulis eas inspecturis, ut ostendant, utrum ipsis constet de aliquo impedimento canonico ordinandi. •

Sed in resolvendis quæstionibus ab Episcopo propositis potius indulgentia quam rigore utendum esse docet ipsa Innocentii XII Constit. « *Speculatores* » præscribens necessitatem litterarum testimonialium solummodo in casu commorationis diuturnæ in ea Diœcesi in qua fortuito quis natus sit ibique moram traxerit sufficientem ad canonicum impedimentum incurrendum. Quamvis vero Const. « *Apost. Sedis* », extendens ad casus non expressos Innocentianam Bullam, statuerit, suspensionem per annum ab ordinum administratione, ipso jure incurrere ordinantes... subditum proprium qui alibi tanto tempore moratus sit

ut canonicum impedimentum ibi contrahere potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus; tamen non eo urgenda videtur hæc præscriptio, ut quis tot testimonialibus litteris munitus esse debeat quot fuere etiam non diurnæ commorationis loca; quæ penè innumera esse possunt, præsertim pro addictis militari servitio. Secus lex nimis dura evaderet, implicans inextricabilibus difficultatibus ordinantes et ordinandos.

Verum ex adverso perpendatur, etiam ante Const. « *Apost. Sedis* » V. S. O. jurisprudentiam, magis spiritum quam litteram Constitutionis Innocentianæ secutam, uti videre est præcipue in SPOLETANA et REATINA, 11 Julii 1840, recognovisse necessitatem litterarum testimonialium Ordinariorum in quorum Diœcesibus ordinandi *diutius* permanserint.

Promulgata « *Apost. Sedis* » Constitutione, ex praxi Romanæ Curiaë et aliarum, nec non ex juris communis intentione, prouti docet *cl. Santi* — *lib. I. — App. ad tit. XI*, tempus diurnæ commorationis ex qua ab Episcopo illius loci exquiruntur litteræ testimoniales de moribus ordinandi, determinatum fuit ad *semestre*.

Deinde adactis, per iniquas leges, clericis ad militare servitium, persentita fuit necessitas attentius invigilandi et inquirendi in mores illorum qui, emenso militari curriculo, in sancto proposito perseverarent.

Quapropter S. Cong. U. Inq. *sub die 16 Septembris 1875* Instructionem dedit Ordinariis locorum quoad modum exercendi vigilantiam in clericos stipendia in eorum Diœcesibus agentes, eo maxime consilio ut de eorum moribus certiores facerent Episcopos proprios Sacraë Ordinationis. Attamen in hac Instructione nihil edicitur de litteris testimonialibus, sed potius sermo habetur de secreta vigilantia et relatione quoad mores hujusmodi clericorum. Has testimoniales quod spectat, *sub die 27 Novemb. 1892* Decretum prodiit a S. C. Super Disciplina Regulari præscribens, religiosos alumnos militiaë addictos, ad familiam Religiosam postea revertentes, non ordinandos esse absque litteris testimonialibus Ordinariorum in quorum Diœcesibus

saltem per tres menses commorati sint. Ad hæc, placuit amplissimo Senatui V. hanc præscriptionem extendere ad clericos sæculares. Nam *sub die 9 Septembris 1893 in Firmana* « *Postulatum quoad litteras testimoniales ordinandorum* » quæstioni: an clerici occasione militaris servitii in diversis locis commorati, absque litteris testimonialibus Ordinariorum in quorum Diœcesibus aliquo tempore essent morati, possent ordinari, rescriptum fuit: « Litteras testimoniales esse necessarias quoties promovendus moratus fuerit in aliqua Diœcesi, saltem *per trimestre*. » Exinde legem generalem latam fuisse pro omnibus Ordinariis, dubitare non fas est.

Hac lege cognita, Episcopus Bejensis, nonnullas declarationes expostulat, *primo* petens an hujusmodi præscriptio æque teneat omnes clericos etsi hac illac discurrerint non occasione *militiæ*? At si *Postulatum causæ Firmanæ* inspiciatur, non dubium videtur, respensionem respicere tantum clericos militiæ addictos. *Secundo* quærit an violans hanc legem, suspensionem incurrat Const. « *Ap. Sed.* » comminatum? Quod non videtur dubitandum, quum H. S. O. declaratio videatur interpretari et tantum determinare ea Const. verba « qui alibi *tanto tempore* moratus sit ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit. » *Tertio* postulat an sufficiant litteræ testimoniales *negativæ* seu quæ affirmant, nihil nec in bonum nec in malum testimonium de clerico utpote ignoto constare; quod sæpius accidat necesse est, quum milites in populosis civitatibus præcario morantes pene omnibus sint ignoti. Jamvero cum primis denegari non posse videtur, proprium esse litterarum testimonialium aliquam positivam præbere notitiam de moribus et clerici vita; secus illusorie dicerentur testimoniales. Proinde, his deficientibus, S. C. S. Officii solet ad postulationem ordinandi, eidem concedere veniam supplendi huic defectui per juramentum dictum *suppletorium*, quia supplet attestationem per litteras Ordinarii præbendam. Imo S. C. S. Officii solet Curiis concedere facultatem hujusmodi juramentum deferendi clericis, in hisce circumstantiis versantibus.

Demum *quarto* exponit an in defectu testimonialium, sufficiat apponere ad valvas parœciæ in qua moratus fuerit Ordinandus, nec non ad valvas palatii Episcopalis, edictum ad invitandos omnes fideles in testimonium illius morum. Plane in negotio tanti momenti nulla sollicitudo videtur supervacanea et rigo-rosior; sed an exigenda sit, præter ordinaria media, hæc alia cautela, deliberabunt EE. PP.

Quare, etc.

La S. Congrégation a répondu :

Pro clericis ordinandis jam militiæ addictis, sub pœna a Const. APOSTOLICÆ SEDIS comminata requiri litteras testimoniales Ordinarii in cujus Diœcesi per trimestre commorati fuerint; et quatenus Ordinarii litteræ plenum testimonium non reddant, Episcopus, obtenta ad hoc facultate ab Apostolica Sede, provideat per juramentum suppletorium.

Il n'est peut-être pas inutile de comparer les réponses aux questions. Celles-ci étaient plus générales : la S. Congrégation se borne à parler « de clericis ordinandis jam militiæ addictis » ; c'est probablement parce que la question lui aura paru claire en ce qui concerne les autres clercs. Et, en effet, après avoir lu les réponses faites à Monseigneur l'Évêque de Parenzo et Pola, on conçoit fort bien que la S. Congrégation n'entend point laisser aux Évêques la faculté d'apprécier s'il y a lieu, ou non, de requérir les lettres testimoniales exigées par la loi canonique. Dès lors que cette loi est portée, il n'y a plus qu'à lui obéir.

En outre, la S. Congrégation affirme très nettement la nécessité de lettres testimoniales pour un clerc qui a subi le service militaire, dès lors qu'il est resté *trois mois* dans un diocèse étranger. Ce n'est pas qu'on veuille exiger ces testimoniales de tous les clercs qui ont séjourné le même temps dans un autre diocèse; non, et l'on s'en tient toujours à

l'assimilation faite avec la preuve de l'état libre, de sorte que les testimoniales ne sont ordinairement exigées qu'après un séjour de six mois. Mais on est plus sévère pour les clercs « *militiæ adscriptis* » ; pour eux, un séjour de trois mois suffit pour entraîner l'obligation des testimoniales. La raison de cette mesure est sans doute celle que donne le *folium* de la cause d'Urgel en ces termes : « *Adactis, per iniquas leges, clericis ad militare servitium, persentita fuit necessitas attentius invigilandi et inquirendi in mores illorum qui, emenso militiæ curriculo, in sancto proposito perseverarent.* » Le *folium* rapporte, du reste, les décisions précédentes qui ont été rendues dans le même sens, et la *Revue* les a déjà toutes publiées (1).


On remarquera aussi la réponse à la troisième question : Monseigneur l'Évêque d'Urgel demande si on peut se contenter de lettres testimoniales dans lesquelles l'Évêque interrogé déclare qu'il n'a rien à dire sur l'ordinand, parce que celui-ci est complètement inconnu dans son diocèse et que personne ne peut rendre témoignage de lui. La S. Congrégation ne se borne pas à répondre *negative* ; sa réponse va bien plus loin : non seulement elle ne permet pas de s'arrêter après une réponse semblable, mais elle veut que les testimoniales rendent sur l'ordinand un témoignage *complet* : « *plenum testimonium* » ; ou sinon, qu'on recoure au moyen supplétoire indiqué par elle.

Ce moyen n'est pas celui que proposait Monseigneur l'Évêque d'Urgel, et qui, en effet, est insolite. Elle veut que l'Évê-

(1) L'Instruction de la S. Congrégation *super disciplina Regulari* du 27 novembre 1892 se trouve en notre tome xxv, page 24 ; la décision de la S. Congrégation du Concile *in FIRMANA*, tome xxvi, page 9. — Rappelons aussi que l'on trouvera le texte italien et la traduction française de l'*Instruction aux Evêques d'Italie sur les clercs astreints au service militaire* dans notre tome xxii, page 24.

que obtienne un indult du Saint-Siège, et, en vertu de cet indult, défère le serment à l'ordinand. On sait que le serment supplétoire est aussi déféré aux futurs époux, « sive militibus, sive vagis », qui ne peuvent prouver par témoins leur état libre pour le mariage; et, en rapportant les décisions de droit commun insérées dans les Statuts synodaux d'Ostie et Velletri, nous avons noté la suivante, rendue par la S. Inquisition le 11 mai 1892 : *Hanc censuram (in Episcopum ordinantem proprium subditum absque litteris testimonialibus, si in aliena diœcesi moratus fuerit quantum satis est ad impedimentum contrahendum) non incurri ab Ordinariis, qui pro libertate status ordinandorum stant instructionibus et facultatibus ad probandum statum liberum, sponsorum (1) »*. La S. Congrégation applique ici la même doctrine.

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxvi, p. 317.



S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

I.

Matière des Scapulaires.

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

Fr. Bernardinus a S. Theresia, Præpositus Generalis Ordinis Carmelitarum, huic Sacræ Congregationi Indulgentiarum et SS. Reliquiarum humiliter exponit morem inolevisse conficiendi imponendique Christifidelibus Scapularia ex lana subcoacta (*feutre, feltro*) et non contexta (*tissée, tessuta*). Nonnullis ergo dubium exortum est quod huic Sacræ Congregationi solvendum proponitur, videlicet :

An Scapularia confecta non ex lana contexta sed subcoacta Chrisfidelibus imponi possint, quin ipsi amittant indulgentias gestantibus Scapularia concessa ?

Porro Sacra Congregatio, audito etiam unius ex Consultoribus voto, proposito dubio respondendum censuit :

Negative, juxta Decretum in una URBIS datum die 18 Augusti 1868 ad dubium II, quod in originali textu ita legitur : " Utrum vox pannus, panniculus ab auctoribus communiter usurpata sumi debeat in sensu stricto, id est de sola lanea textura proprie dicta (tessuto), vel utrum etiam intelligi possit de lanea textura reticulata (lavoro di maglia, tricotage) et de quocumque laneo opere acu picto (ricamo, broderie), adhibito tamen semper colore præscripto ? — Resp. : Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. "

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 6 Maii 1895.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

ALEX. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secret.*

Le décret de 1868, dont cette décision fait mention (1), renfermait plusieurs questions; il porte : 1° Que la *laine* seule est admise comme matière des scapulaires; 2° Qu'il faut de la laine *tissée*; une broderie en laine ne suffit pas; 3° Qu'on peut mettre sur le fond du scapulaire des ornements, soit de laine, soit de toute autre matière, même brodés, pourvu que la couleur prescrite domine. Il était d'ailleurs facile de déduire de ce décret la décision actuelle, puisqu'il dit formellement que les mots *pannus*, *panniculus* doivent être pris dans leur sens strict. Aussi le R. P. Beringer, s'appuyant sur le décret de 1868, dit-il : « La *matière* des scapulaires, c'est-à-dire des deux morceaux d'étoffe qui en forment la partie principale, doit être de la *laine*, et *non* du *coton* ou de la *soie*, encore moins du papier ou du métal, etc., et même il faut que ce soit de la laine tissée; une étoffe tricotée, brodée, ou fabriquée de quelque autre manière semblable, ne pourrait être valablement bénite comme scapulaire (2). »

C'est ici l'occasion de rappeler que, par une décision du 20 Juin 1894, la S. Congrégation des Indulgences a revalidé toutes les réceptions dans la Confrérie de N.-D. du Mont-Carmel qui, pour quelque motif que ce soit, auraient été invalides jusqu'à cette date (3). Par conséquent, les personnes qui auraient fait bénir et auraient reçu, avant cette époque, un scapulaire de laine foulée, ne doivent pas s'inquiéter; leur admission est revalidée, et elles ont tout simplement à changer leur scapulaire et à en porter désormais un qui soit légitime.

(1) *Decr. auth. S. C. Ind.*, édit. de Ratisbonne, n. 423.

(2) *Les Indulgences*, etc., tome 1, page 391.

(3) *Nouv. Revue Théol.*, xxvi, page 482.

II.

Du Scapulaire de S. Joseph.

FR. MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Minister Generalis Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum exponit, quod Scapulare S. Joseph Protectoris Ecclesiæ universalis, instante Procuratore Generali præfati Ordinis, ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis die 15 Aprilis 1893 approbatum fuit (1), et dein per Rescriptum S. Congregationis Indulgentiarum diei 8 Junii 1893 sacris indulgentiis ditatum (2).

Hanc porro novellam formam cultus erga præclarum Sponsam Immaculatæ Virginis gratissimum fuisse ubique terrarum Christifidelibus, in compertum evasit ex eo quod Scapularia S. Joseph a data prælaudati Rescripti millena millenaque expetita fuerint ac distributa.

Nunc autem dubium oritur, haud sine aliquali præsertim Sacerdotum Ordinis anxietate, circa quamdam prælaudati Decreti clausulam, nempe : « sub conditione ut color et forma præfati Scapularis sit eadem ac illa quæ jam obtinet in diœcesi Veronensi. »

Et reapse vi præfati Decreti, ommissa forma primæva Scapularis albi S. Joseph, forma et color Scapularis Veronensis illico adoptata fuere, nempe : panniculus ex lana violaceus, supra quo, tanquam supra principaliori, assuitur alius panniculus flavus ex quadam textura, ut videtur, lanæ et gossypii, imagini S. Joseph imprimendæ sat idonea, utrumque petiolum, nempe ex parte pectoris et ex parte humerorum, consueto more colligat fascia alba.

Porro inter varia Scapularis Veronensis exemplaria hic inde sparsa, quædam apparet discrepantia, eo quod pars violacea videtur ex gossypio cum quadam mixtura intextus ; pars vero flava, in

(1) Cf. *Nouv. Revue Théol.*, t. xxv, page 384.

(2) *Ibid.*, page 509.

qua depingitur imago S. Joseph, similis apparet lanæ laminatæ aut hujusmodi : non enim possibile est imaginem imprimere supra lana reticulata ; et aliunde utrumque petiolum Scapularis non fascia, sed cordula retinetur.

Jam vero quum hæc inter utrumque Scapulare discrepantia disceptationes ingenerare queat, hinc humilis Orator hanc Sacram Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositam suppliciter adit, ut benigne declarare dignetur, Scapulare prouti supra descriptum et nunc apud PP. Capuccinos in usu est receptum, quum revera formam et colorem retineat illius Veronensis juxta id quod S. Rituum Congregatio præscripsit, haberi posse uti legitimum, ita ut qui fideles prædictum Scapulare induerint, gaudeant indulgentiis aliisque spiritualibus gratiis illud gestantibus concessis.


Porro Sacra Congregatio Indulgentiarum, omnibus perpensis, declaravit :

Præfati Scapularis, usum uti legitimum retineri posse, ideoque fideles illud gestantes gaudere omnibus indulgentiis eidem adnexis.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 6 Maii 1895.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

ALEX. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secret.*



S. CONGR. DE LA PROPAGANDE.

I.

Question des écoles.

On sait combien cette question a soulevé de controverses aux États-Unis. Un Évêque de ce pays a soumis à la S. Congrégation de la Propagande le texte du décret porté par le concile plénier de Baltimore sur ce grave sujet, et a cherché à préciser le droit de l'Évêque vis-à-vis des parents de mauvaise volonté qui envoient leurs enfants aux écoles publiques.

Le décret dont il s'agit porte, dans la collection des décrets du Concile, le numéro 196; en voici la teneur :

Itaque parentes catholicos non solum paterno amore hortamur, sed iis etiam omni qua valemus auctoritate præcipimus, ut dilectissimæ proli suæ, a Deo sibi datæ, Christo in baptisate renatæ, et cælo destinatæ, educationem vere christianam et catholicam procurent eamque totam ac toto infantia et pueritia tempore a periculis educationis mere sæcularis defendant et in tuto collocent; atque ideo eam in scholas parochiales vel alias vere catholicas mittant, nisi forte Ordinarius in casu particulari aliud permitti posse judicet.

Sur quoi, on a adressé à la Propagande les questions suivantes :

I. Utrum sensum decreti n° 196 Concilii plenarii Baltimorensis III, et præcipue verba : « omni qua valemus auctoritate præcipimus, » bene intellexerim?

2. Utrum Ordinarius habeat facultatem, cum debita prudentia parentes, mala voluntate ductos, liberos ad scholas publicas mittentes, sacramentorum receptione indignos censere, donec resipuerint?

3. Utrum decretum synodale supra memoratum et in futuro sustineri valeat?

S. E. le Cardinal Préfet de la S. Congrégation a répondu :

Romæ, die 4 Februarii 1895.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Maxima quidem laude dignus est zelus Amplitudinis Tuæ pro religiosa instructione puerorum istius dioceseos. Id enim consonum est dispositionibus vestri Concilii plenarii Baltimorensis III, et etiam intentioni Sanctitatis Suæ, prout constat ex recentissima ejusdem Encyclica Epistola ad Episcopos Statuum Fœderatorum Americæ Septentrionalis; attamen quoad *modum* obligandi catholicos genitores, ut filios mittant ad scholas parochiales, id relinquitur prudenti judicio Ordinariorum, qui attentis specialibus adjunctis temporum, locorum et personarum, in quibus versantur, id pro sua sapientia decernunt quod magis expediens et efficax existimant pro attingendo exoptato fine.

Interim Deum precor ut Te diu sospitet,

Amplitudinis Tuæ

Addictissimus servus,

M. CARD. LEDOCHOWSKI, PRÆF.

II.

Un prêtre catholique peut-il faire l'office de magistrat civil au mariage de protestants?

Ce sont les *Analecta ecclesiastica* qui nous apportent cette réponse, ainsi que la précédente. Cette Revue ne

nomme pas l'Évêque qui a consulté la S. Congrégation de la Propagande sur le sens du décret du concile de Baltimore relatif aux écoles : mais elle nomme sans difficulté celui qui a posé la question actuelle. C'est Monseigneur l'Évêque de la Nouvelle-Orléans, puisque la réponse de S. E. le Cardinal Préfet lui est adressée. Or, le texte de cette réponse nous apprend que ce Prélat avait posé à la Propagande deux questions et que l'on a répondu aux deux par deux lettres distinctes. On se trouve donc induit à penser que l'auteur de la question des écoles est aussi Monseigneur l'Évêque de la Nouvelle-Orléans. Quoi qu'il en soit, voici la décision de la Propagande :

R. P. D. Francisco Janssen, Archiepiscopo Neo-Aureliæ.

Illme ac Revme Domine,

Hac occasione respondens alteri tuæ Epistolæ, mihi datæ die 27 Decembris proxime elapsi, in qua petis utrum liceat sacerdoti catholico tanquam ministrum civilem se habere in celebratione matrimoniorum Protestantium, Amplitudini Tuæ significo id licitum esse; hoc enim casu, sacerdos est tanquam testis auctorizabilis.

Interim vero Deum precor ut te diutissimæ sospitet,

Amplitudinis Tuæ

Addictissimus servus,

M. CARD. LEDOCHOWSKI, PRÆF.

Une note des *Analecta ecclesiastica* nous apprend que, en vertu d'une coutume introduite par les Espagnols, les prêtres catholiques, dans la province de la Louisiane, remplissent les fonctions de magistrats civils aux mariages des Protestants. Rappelons, à cette occasion, que le décret *Tametsi* est en vigueur dans toute la province de la Nou-

velle-Orléans; on comprend par là quelle est l'importance de cette coutume quant au mariage.

III.

*Faculté accordée aux Ordinaires des États-Unis
pour dispenser les ouvriers de l'abstinence.*

Emo Dno Cardinali Jacobo Gibbons, Archiep. Baltimorensi.

Roma, li 15 Marzo 1895.

Eme ac Rme Dne Mi Observantissime,

Hæc Sacra Congregatio de Propaganda Fide in opportunum examen revocavit petitionem quam Eminentia Tua nomine Rmorum Archiepiscoporum Statuum Fœderatorum Americæ eidem obtulit circa dispensationem ab abstinentia favore operariorum prædictæ regionis. Re mature perpensa, Sacra Congregatio censuit magis expedire ut, quin detur indultum quoddam generale pro omnibus Statibus Fœderatis, tribuatur potius facultas singulis Ordinariis ad decennium permittendi usum carniæ in iis circumstantiis locorum et personarum, in quibus judicaverint existere difficultatem observandi legem communem abstinentiæ. Ab hac vero permissione excludi debent, præter omnes sextas ferias totius anni, etiam feria quarta Cinerum, totum tempus majoris hebdomadæ, et vigilia Nativitatis Domini. In iis vero diebus in quibus ab Ordinario permittitur usus carniæ, hæc permissio pro obligatis ad jejuniæ extendi debet tantum ad unicam comestionem, et firma manere debet lex prohibens ciborum mixtionem.

Hujusmodi concessio censi debet facta non tantum individuis operariis, sed etiam eorum familiis, ita omnia earumdem membra de indulto participant.

In notificatione legis jejunii, quæ singulis annis e suggestu legenda est, debet fieri mentio specialis hujus indulti quod operariis Statuum Fœderatorum a S. Sede conceditur, et consilium

dandum est fidelibus, ut diebus quibus indulto utuntur, aliquod aliud pœnitentiæ opus exercent, v. g. abstineant a potu inebriante.

Tandem Ordinarii monendi sunt ut suis sacerdotibus commendent discretionem in urgenda legis adimpletione eaque moderanda. Satis enim distingui debet inter causas ex se excusantes et causas sufficientes ad dispensationem; insuper causarum gravitas cum debita prudentia pensanda est.

Precor igitur Eminentiam Tuam ut supra expositam mentem Sacræ Congregationis et facultatem in ea contentam omnibus et singulis Ordinariis Statuum Fœderatorum communicare faveat.

Post hæc humillime Eminentiæ Tuæ manus deosculor,

Eminentię Tuæ

Humillimus addictissimus Servus

M. CARD. LEDOCHOWSKI, PRÆF.


A. ARCHIEP. LARISSEN., *Secr.*

Nous ne connaissons point le texte de la supplique qui a déterminé le Saint-Siège à accorder cet indult à tous les Ordinaires des États-Unis; et le troisième concile plénier de Baltimore ne nous éclaire pas sur ce sujet. On y trouve seulement que les Pères du concile, tout en regrettant qu'il n'y ait pas uniformité par rapport aux jeûnes dans les États-Unis, ne croient pas possible de l'établir, comme ils ont réussi à le faire pour les jours de fêtes de précepte (1). Cependant, la supplique qu'ils ont présentée au Saint-Siège pour la réduction des fêtes de précepte, contient une raison, qui, vraisemblablement, s'applique aussi à l'observation de l'abstinence. Le texte du Concile porte : « Tristi pastorum experientia constat inter dies festos quos habemus paucos rite observari, quum in eis multi missam

(1) *Acta et Decreta Concilii plenarii Baltimorensis III*, num. 107 et 112.

non audiant et adhuc plures a laboribus non abstineant; et re quidem vera maxima pars nostrorum fidelium eos debite servare non possunt, quin unicum fere sustentationis medium in discrimen adducant. *Laboris namque pretio a patronis communiter acatholicis vitam quærere coguntur*, ac a laboribus his diebus cessare non permetterentur... (1). » Pour ceux qui prennent leur nourriture chez des maîtres non catholiques, il est clair qu'ils sont souvent dans l'impossibilité morale d'observer la loi de l'abstinence, dont les maîtres ne s'occupent pas. Nous ne serions donc pas étonnés qu'il y eût en cette situation un motif pour solliciter et obtenir l'indult que nous venons de rapporter; nous ne disons pas que ce motif soit le seul. En tout cas, cet indult est une preuve de plus de l'attention avec laquelle le Saint-Siège se rend compte de la situation et des besoins des catholiques dans les différentes contrées, et de la prudence avec laquelle il sait pourvoir aux difficultés qu'ils rencontrent.

(1) *Ibid.*, num. 109.



S. CONGREGATIO RITUUM.

I.

MACAONEN.

Rmus Dnus Joachimus de Medeiros, Episcopus Macaonensis, Ditionis Lusitanæ apud Sinas, maxime cupiens ut sacri ritus in sua diocesi juxta ecclesiasticas præscriptiones ab omnibus serventur, insequentium dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humiliter petiit, nimirum :

I. Utrum presbyter qui missam conventualem de Octava Omnium Sanctorum die 2 Novembris celebrat, possit ex parte uti concessione a Benedicto Papa XIV facta Regno Lusitanæ dicendi *tres* Missas pro defunctis, alias duas missas de Requie celebrando ?

II. Utrum occurrente *prima feria sexta* Novembris die quo fit commemoratio Omnium fidelium defunctorum, liceat missam votivam celebrare de Sanctissimo Corde Jesu juxta decretum Sacræ Rituum Congregationis 28 Junii 1889 ?

III. Et quatenus affirmative ad secundum, utrum eadem die apud Lusitanos liceat celebranti præter prædictam missam votivam, duas alias de Requie celebrare ?

IV. Utrum feria v in Cœna Domini in missa Pontificali Presbyter et Diaconi assistentes, Canonicus baculum sustinens pluviali paratus, et Subdiaconus, si sint presbyteri, stolam assumere debeant priusquam de manu Episcopi communionem accipiant; an potius ad sacram synaxim teneantur accedere iisdem tantummodo paramentis, quibus utebantur ab initio missæ ?

V. Utrum festum SS. Cordis Jesu, quod inter festa secundaria

duplicia primæ classis in Calendario universali ex Decreto 22 Augusti 1893 a Sacra Rituum Congregatione recensetur, quodque jamdiu apud Lusitanos ut primarium celebratur sub præcepto in utroque foro, addito etiam jejunio pervigilii, nunc vi laudati Decreti celebrari debeat ut secundarium; an potius ut primarium in Lusitana Ditione retinendum sit?

VI. Utrum consuetudo, qua simplex sacerdos vel canonicus missam solemnem celebrans, concionatorem, qui post evangelium prædicat, benedicit, servari possit?

VII. Utrum sacerdos, qui festo Nativitatis Domini vel die secunda Novembris in Lusitania tres missas consecutive legit, quin ab altari recedat, teneatur post unamquamque missam recitare ter *Ave Maria*, *Salve Regina* et ceteras orationes jussu Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papæ XIII recitandas post missam privatam, an potius semel tantum post tertiam missam?

VIII. Utrum in choro ad Psalmum *Venite exultemus* recitandum in tertio nocturno festi Epiphaniæ Domini teneantur omnes etiam Canonici stare detectis capitibus, dum prædictus Psalmus cum antiphona recitatur?

IX. Utrum occurrente festo Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis feria vi in Parasceve vel Sabbato Sancto, in locis ubi hoc festum celebratur sub præcepto audiendi sacrum et abstinendi ab operibus servilibus, transferri debeat ad feriam secundam post Dominicam in Albis cum præcepto etiam pro populo?

X. Utrum feria vi in Parasceve retineri possit consuetudo in adoratione Crucis, ut ille qui adorationem peregit non recedat facta Cruci genuflexione unico genu, sed ter genuflexionem faciendo utroque genu?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ac referente subscripto Sacræ Rituum Congregationis Secretario, omnibus accurate perpensis, propositis dubiis respondere censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative, juxta Rubricas.*

Ad III. *Provisum in præcedentibus.*

Ad IV. *Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.*

Ad V. *Attento speciali privilegio, Festum SS. Cordis Jesu in Regno Lusitanicæ est PER ACCIDENS primarium.*

Ad VI. *Affirmative juxta alia decreta.*

Ad VII. *Negative, et preces præscriptæ recitentur in fine ultimæ missæ.*

Ad VIII. *Servetur consuetudo.*

Ad IX. *Detur Decretum generale diei 12 Februarii 1690.*

Ad X. *Post adorationem et osculum sanctæ Crucis celebrans, ministri, clerus et populus surgant, genuflectant unico genu et redeant ad propriam sedem.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

II.

URGELLEN.

Magister Cæremoniarum Cathedralis Urgellensis, de sui Rmi Episcopi mandato, Sacræ Rituum Congregationi sequentia dubia enodanda humiliter proposuit, nimirum :

I. Quum in Cathedrali Urgellensi non vigeat consuetudo recitandi Officium Defunctorum diebus a Rubricis designatis, quaeritur : An ibidem adsit obligatio celebrandi missam pro defunctis ad tramitem Rubricarum Missalis Romani tit. v, n. 1 ?

II. Die prima Octobris celebratur in Hispania festum Sancti Angeli Custodis sub ritu Duplici secundæ classis. Jamvero in variis codicibus ponitur ad vespervas et ad Matutinum hymnus *Tibi Christe*, desumptus ex festo sancti Raphaelis Archangeli, mutata secunda stropa hoc modo :

Te laudamus venerantes
Omnes cœli Principes

Sed præcipue Custodem
 Hujus regni et populi
 Qui, te jubente, a malis
 Nos tuetur omnibus.

In aliis autem codicibus notatur hymnus *Custodes hominum*; Item, in nonnullis codicibus assignantur secundæ vesperæ Sancti Angeli Regni, sine commemoratione festi sequentis, nempe SS. Angelorum Custodum; in codice autem Ratisbonensi et in aliis ponitur commemoratio sequentis.

Itaque ad omne discrimen tollendum quæritur :

1. An dicendus sit ad Vesperas et ad Matutinum hymnus *Tibi Christe*, mutata secunda stropha ut supra?

2. An in secundis Vesperis, prouti in casu, facienda sit commemoratio sequentis?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ac referente subscripto Secretario, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Quoad primam partem, legendum esse hymnum Tibi Christe, mutata secunda stropha ut sequitur :*

*Collaudamus venerantes
 Omnes cæli milites,
 Sed præcipue Custodem
 Hujus regni et populi,
 Qui, te jubente, a malis
 Nos tuetur omnibus.*

Quoad secundam partem, faciendam esse in secundis Vesperis commemorationem SS. Angelorum Custodum.

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Maii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Le second de ces doutes avait déjà été soumis à la S. Congrégation en 1860 par Monseigneur l'Archevêque de Grenade, et les *Analecta Juris Pontificii* nous ont donné non seulement la réponse de la S. Congrégation prescrivant la mémoire en question, mais même le *rotum* du Consulteur, qui rend parfaitement raison de cette réponse. S'il fallait, aux secondes vêpres du Saint Ange Gardien de l'Espagne, omettre la mémoire du suivant, ce serait certainement à cause de la règle : *Nunquam bis de eodem*. Or, ce n'est pas le cas d'appliquer cette règle : « Officia, quæ simul coincidunt prima die octobris, S. Angeli Regni Hispaniarum Custodis in secundis Vesperis, et SS. Angelorum Custodum in primis eorum Vesperis, officia de eodem dici non possunt. Aliud est enim festum et officium unius Angeli qui sit alicujus regni Custos, aliud festum et officium eorum de quibus cantat Ecclesia : *Custodes hominum psallimus Angelos* (1). »

(1) Cf. *Analecta Juris Pontificii*, série v, col. 333.



LES CONFRÉRIES DU T. S. ROSAIRE

ET

LES BÉNÉDICTIONS DE CHAPELETS, ROSES ET CIERGES.

Le R^{me} P. Maître Général des Dominicains vient de publier une série de décrets accordant diverses délégations ou rectifiant les délégations précédemment délivrées. Nous croyons devoir les publier, parce qu'ils renferment des détails historiques intéressants, ou des explications du droit qui ont leur prix. Mais nous n'ajouterons aucun commentaire, pour ne pas donner à notre insertion trop de longueur.

I.

Délégation générale des Pères Dominicains pour admettre dans la Confrérie du Rosaire et bénir les chapelets, roses et cierges.

Nos Fr. ANDREAS FRUHWIRTH, totius Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis Magister Generalis, et servus, omnibus sacerdotibus prædicti Ordinis Salutem, et zeli ad propagationem SS. Rosarii augmentum.

Cum inclitus Dominiciani Ordinis parens et conditor, sanctissimus Pater Dominicus integritate doctrine, virtutum exemplis, muneris apostolici perfunctione magnus, ipse per suos alumnos sacri rosarii precepcionem longe lateque disseminaverit (1), temporum processu Societates SS. Rosarii institutæ sunt, et numerus fidelium qui ad hujusmodi pias Societates

(1) Leo PP. XIII, *Supremi Apostolatus*, 1 sept. 1883.

adscribi voluerunt, adeo concrevit, ut S. Pius V pro singulari affectu, quem erga hanc saluberrimam Marialis Rosarii devotionem gerebat animo, auctoritate Apostolica, hanc jam pridem introductam expresse approbaverit consuetudinem, qua Magistri Generales Ordinis Prædicatorum solebant, præter Directores sodalitatum SS. Rosarii, alios delegare sacerdotes, qui Christi-fideles ad confraternitatem SS. Rosarii recipere possent, sub ea tamen conditione ut novorum sodalium nomina registis confraternitatis canonice erectæ mandarentur inscribenda.

Cæterum ab antiqua ætate hoc fuit in confratrum more ut Mariales preces recitando, mysteriaque salutis mente recolendo, manu tenerent Coronam, cujus calculis Salutationes Angelicas computarent: et, ne signo deesset rei sanctitas, institutum fuit ut hujusmodi signa, Coronæ. seu Rosaria benedictione ditarentur. Quam quidem benedictionem ministrabat olim non quilibet sacerdos indiscriminatim cujusque fidelis Coronis, sed Episcopus tantum vel Prior Provincialis Ordinis solemniter in publicis Sodalitiorum Conventibus et Confratrum dumtaxat Coronis.

Ast vero, auctis tractu temporis SS. Rosarii Societatibus, ut sodalibus expeditius provideretur, Magistri Generales antecessores Nostri omnibus confraternitatum moderatoribus facultatem benedicendi coronas concesserunt et Prædecessor Noster Rmus P. Fr. Hippolytus Beccaria, post celeberrimos apud Echinadas insulas Christianorum triumphos, in comitiis Ordinis anno 1592 Venetiis celebratis, indulsit, ut in posterum coronas SS. Rosarii benedicere possent omnes Conventuum Priores seu locorum Præsides, et in eorum absentia unus ex religiosis cui præfatum munus committeretur, necnon etiam Sacrista major cujuslibet domus, et Prædicatores extra Conventum, in Quadragesima concionibus ex obedientia susceptis vacantes. Tandem proximus Decessor Noster Rmus P. Fr. Josephus Maria Larroca, fel. rec., voluit ut omnes Religiosi Sacerdotes, quibus a Superioribus de more Ordinis committeretur cura erigendi Societates SS. Rosarii, ipso facto licentiam haberent et facul-

tatem recipiendi novos sodales atque benedicendi coronas. Attamen cum hæc facultatum SS. Rosarii distributio ad hodiernas Ordinis nostri necessitates haud longius sufficiat, fere nemo est inter Sacerdotes Ordinis qui sive a Prædecessoribus Nostris, sive a Nobis hujusmodi facultates titulo personali et pro omni vita sua non obtinuerit. Quapropter recentiori SS. Rosarii incremento attendentes, ex quo præsertim hodiernus Ecclesiæ Supremus Hierarcha Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, peculiari paternæ charitatis suæ affectu hanc sacrosanctam Rosarii devotionem complectens, ejus augmento omni studio novarumque gratiarum elargitione prospexerit; pariterque modernæ praxi Ecclesiæ consulentes, qua hæc benedictio ad coronas nedum sodalium extenditur, sed etiam omnium Christifidelium, qui eis in recitatione SS. Rosarii utuntur; ideo quum utilitati fidelium, tum commoditati vestræ providere cupientes, revocatis super hoc dispositionibus quibuscumque a Prædecessoribus Nostris latis, quibus intra Nostrum Ordinem Prædicatorum prædictæ facultates SS. Rosarii ad certa personarum genera restringebantur. vi Constitutionis S. Pii V, incipientis *Consueverunt Romani Pontifices* (1), sub die 17 Decembris 1569 datæ, omnibus Sacerdotibus Ordinis Prædicatorum sub jurisdictione Nostra viventibus, et juxta leges Ordinis ad audiendas confessiones approbatis, impertimus tenore præsentium facultatem recipiendi Christifideles ad Societatem SS. Rosarii, sub ea tamen solita conditione ut receptorum nomina regesto alicujus confraternitatis canonice erectæ inscribantur, simul ac facultatem benedicendi coronas, rosas et candelas SS. Rosarii. Quæ

(1) Voici le passage de la Bulle *Consueverunt* auquel le R^me P. Maître Général fait allusion. S. Pie V y confirme et renouvelle toutes les indulgences accordées « omnibus et singulis Christifidelibus utriusque sexus confratribus per dictos filios modernos et pro tempore existentes Fratres Ordinis prædicti, in suis, et tam per eos, quam per alios sacerdotes etiam in aliis ecclesiis a dilecto filio etiam moderno et pro tempore existente ipsius Ordinis Generali Magistro, vel ejus Vicario dumtaxat, deputatos, in hujusmodi sodalitem et confraternitatem Rosarii receptis et descriptis ».

quidem generalis concessio ad Sacerdotes totius Ordinis Prædicatorum extensa, perpetuis temporibus obtinebit valorem, usquedum per Nos vel Successores Nostros aliter dispositum fuerit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

In quorum fidem his patentibus litteris Officii Nostri sigillo munitis manu propria subscripsimus.

Datum Romæ ex Ædibus Nostris ad S. Sebastianum die 18 mensis Decembris anni 1894.

FR. ANDREAS FRUHWIRTH, MAG. GEN. ORD. PRÆF.

FR. REGINALDUS BEAUDOUIN, *Magister et Socius.*

II.

Délégation des Pères Rédemptoristes.

Reverendissimo Patri Mathiæ Raus, Superiori Generali et Rectori majori Congregationis SS. Redemptoris, cæterisque ejusdem Congregationis Presbyteris, Fr. ANDREAS FRUHWIRTH totius S. Ordinis Prædicatorum Magister Generalis et servus, salutem, et zeli ad propagationem SS. Rosarii augmentum.

Notum et apud omnes pervulgatum est quod Sacratissimi Rosarii piæ recitationi jam a puerilibus annis assuetus, postea hujusce devotionis cultorem egregium propagatoremque se præbuerit Sanctissimus Congregationis conditor et parens, Alphonsus Maria de Liguorio. Siquidem, in omni vita sua duas Rosarii coronas, unam scilicet interius collo, alteram vero exterius zonæ appensam fideliter retinuit, votumque Rosarii quotidie recitandi emissum constanter Deo reddidit. Demum ad supremos pro-
 vectus annos, cum senectutis gravitate tardus viribusque impar sacra peragere amplius non valeret, impetrata gaudens commutatione, quotidianam Rosarii recitationem pro divini officii debito devotissime persolvit, et sic, quæ semper colere ac docere sategerat, Jesu et Mariæ contemplans mysteria, piissimo amplexu Domini Redemptoris sui obdormivit.

Unde non mirum est, si Filii, vestigia Patris prementes, doc-

trinamque magistri sui tanquam discipuli fideliter sectantes, eandem SS. Rosarii devotionem, a S. Doctore in variis operibus tantopere commendatam, inter se fovere et in fideles diffundere totis viribus curant, atque hanc a patris moribus susceptam retinent consuetudinem ut in missionibus, ante solemniorem concionem, mysteria SS. Rosarii coram populo publice proponant et exponant. Quapropter Reverendissimus Pater Nicolaus Mauron, olim Congregationis SS. Redemptoris Præpositus Generalis, ut suorum Religiosorum consilia studiaque juvaret, a Decessoribus Nostris, felicis recordationis, Reverendissimis Patribus Fratre Alexandro Vincentio Jandel et Fratre Josepho Maria Larroca facultates ad propagandam SS. Rosarii devotionem petiit et impetravit. Cum autem circa hujusmodi concessionem recenter orta sint dubia, Reverendissimus Pater Matthias Raus, in Superiorem Generalem Congregationis SS. Redemptoris nuperrime electus, ut de impetratis certior esset, denuo ad Nos vota precesque direxit.

Nos igitur in testimonium peculiaris benevolentiae, qua erga SS. Redemptoris Congregationem afficimur, concessionem a Decessoribus Nostris factas extendentes (1), vi Constitutionis S. Pii V *Consueverunt Romani Pontifices* sub die 17 septembris 1569 datae, omnibus Presbyteris Congregationis SS. Redemptoris, dummodo juxta leges sui instituti ad audiendas confessiones sint approbati, facultatem impertimus ut omni tempore, ubique terrarum, locis dumtaxat exceptis, ubi sunt domus

(1) La concession du R^{me} P. Jandel était du 11 janvier 1859; il autorisait les Supérieurs seuls des Provinces, maisons et Missions de la Congrégation du T. S. Rédempteur, à admettre les fidèles à la Confrérie du T. S. Rosaire et à bénir les chapelets, roses et cierges; et cela « in locis ubi non sunt Fratres Ordinis Prædicatorum ». Le R^{me} P. Larroca, par rescrit du 23 juin 1886, autorisait ces Supérieurs à subdéléguer pour l'exercice de ces facultés « sibi subditos sacerdotes, dummodo tamen in qualibet ejusdem Congregationis ecclesia seu domo unus tantum, pro ipsius Ordinis Prædicatorum more, subdelegatus habeatur ». Voir les *Analecta S. Ordinis Prædicatorum*, vol. II, pag. 487.

Fratrum Ordinis Prædicatorum, sive intra, sive extra domus Congregationis SS. Redemptoris reperiantur, sive publice, sive privatim, nullo super hoc consensu Ordinarii loci requisito, Christi fideles utriusque sexus Societati SS. Rosarii adscribere, dummodo tamen novorum sodalium nomina transmittantur regesto alicujus Confraternitatis SS. Rosarii canonice erectæ inscribenda, simulque coronas, ex quinque, decem, vel quindecim decenariis coalescentes, rosas et candelas SS. Rosarii cum formulis de more præscriptis benedicere valeant.

Cæterum in omnibus ac singulis Congregationis SS. Redemptoris alumnis spem nostram reponimus et valde confidimus fore ut exemplorum Sanctissimi Patris et Doctoris Alphonsi Mariæ de Ligorio haud immemores Missionarii Marialis Rosarii devotionem ubique propagare piasque ejus sodalitates aut instaurare, aut de novo erigere pro viribus constanter curent ac satagant.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex Ædibus Nostris ad S. Sebastianum die 19 mensis Decembris anni 1894.

FR. ANDREAS FRUHWIRTH, MAG. GEN. ORD. PRÆD.

FR. DOMINICUS MARIA SCHBER, *Mag. Prov. Scotice et Socius.*

III (1).

De erectione confraternitatum SS. Rosarii in Provincia SS. Rosarii Philippinarum et Regnis Sinarum et Tunquini.

Olim dudum Confraternitates SS. Rosarii, dum primam originem ab alumnis S. P. Dominici habuerint, dumtaxat jure Ordinis erigebantur, quin auctoritas S. Sedis intervenerit. Sic

(1) Nous omettons une concession analogue faite aux *Pères Blancs*, mais beaucoup moins importante. Ceux des Pères Blancs qui, de droit ordinaire ou délégué, président une cérémonie de vêtue ou de profession, sont autorisés, « tam intra quam extra Vestitionis seu Professionis solemnitatem », à bénir les chapelets « sodalium suorum, non aliorum autem Christifidelium ».

igitur antiquis temporibus potestas Magistri Generalis Ordinis ad hujusmodi Confraternitatum institutionem nulla ecclesiastica lege continebatur. Quare interdum, præsertim si ageretur de Missionibus apud infideles in remotioribus orbis partibus, Episcopos vel alios Missionarios Magistri Generales facilius delegabant ad dandum facultatem erigendi Societates SS. Rosarii. At vero, decursu temporum confraternitates SS. Rosarii, cum a S. Sede haud semel declaratæ sint *privilegiatæ et apostolicæ*, jam amplius non valebant existentia canonica pollere, nisi per erectionem nomine S. Sedis uno vel alio modo perpetratam. Abhinc hodie Magister Generalis Ordinis Prædicatorum in erectione confraternitatum S. Rosarii *ut perpetuus S. Sedis commissarius agit. Jam ipse, cum sit a S. Sede delegatus, nullum alium potest subdelegare absque speciali S. Sedis licentia.*

Cum autem Rmus P. Fr. Antoninus Cloche, Magister Ordinis, agnoverit erectiones confraternitatum SS. Rosarii a sodalibus Ordinis factas in Provincia SS. Rosarii Philippinarum aliisque Provinciis Indiarum et Americæ Meridionalis, vi subdelegationis a suis Prædecessoribus impertitæ absque speciali S. Sedis licentia, nullitatis vitio plane haberi irretitas, huic defectui remedium præbere volens, a S. Sede impetravit ut Prior Provincialis Provinciæ SS. Rosarii Philippinarum, pro tota regione intra terminos suæ jurisdictionis comprehensa, et Vicarii Provinciales, in Imperio Sinarum et Regno Tunquini, unusquisque intra terminos sui Vicariatus, de speciali S. Sedis venia, a Magistro Generali subdelegatam haberent potestatem erigendi confraternitates SS. Rosarii. Quæ quidem concessio, Rmo P. Fr. Antonino Cloche facta dumtaxat pro tempore sui Generalatus, dein a Benedicto XIII in Bulla *Preiosus* in perpetuum data est Magistro Generali Ordinis pro tempore (1). Hac conces-

(1) « Indultum... per Prædecessores Nostros Innocentium XII et Clementem XI in Apostolicis litteris suis similiter incipientibus : *Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antoninus Cloche*, 1 martii 1692, et 18 februarii

sione non quidem directe Provinciæ Philippinarum facta, sed immediate Magistro Ordinis, ille uti potest *ad libitum*. Unde in *Actis S. Sedis Pro societate SS. Rosarii*, volum. I, pag. 2, n. 3, legitur : « Ex speciali concessione Benedicti XIII (*Pretiosus*, 26 maii 1727), Reverendissimus Magister Ordinis potest delegare et *hodierna praxi delegat* Priores Provinciales Provinciarum S. Antonini de Novo Regno, S. Catharinæ de Quito, S. Laurentii de Chile, SS. Rosarii Philippinarum, Bonearensis, necnon Vicarios Provinciales in Tunquini et Sinarum regnis, ut possint erigere confraternitates SS. Rosarii. Hujusmodi tamen delegatio sub iis conditionibus habetur : Ut *primo* in diplomatibus erectionis proprio Provincialium vel Vicariorum nomine datis et subscriptis semper fiat mentio delegationis a Reverendissimo Magistro Ordinis impertitæ ; Ut *secundo* quotannis prædicti Provinciales vel Vicarii Reverendissimum Magistrum Ordinis certiore reddant de confraternitatibus erectis, designando locum, cum titulo Ecclesiæ, et in quam diœcesi, et diem qua fuerit singula confraternitas erecta ; — Ut *tertio* hac facultate delegata non utantur extra terminos Provinciæ vel Vicariatus eis commisi. »

Quia vero nulla alia facultas ad erectionem confraternitatum SS. Rosarii a S. Sede pro Provincia Philippinarum obtenta fuerit post Bullam *Pretiosus* a Benedicto XIII emanatam, Fratres hujus Provinciæ omnino debent sese continere intra

1713, eidem tunc in humanis existenti Ordinis prædicti Magistro quoad viveret concessum, circa facultatem Provinciales... (Ici les noms des différentes Provinces des Indes et de l'Amérique méridionale), necnon Vicarios Provinciales Missionariorum in Tunkini et Sinarum Regnis, pro erectione Societatis Rosarii in illis regionibus longissime distantibus substituendi et subdelegandi, ea lege ut iidem alios subdelegare nullatenus possint, et quotannis eundem Antoninum de erectis confraternitatibus certiore reddere tenerentur, ac salva semper auctoritate Congregationis Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum..., ad quemvis pro tempore futurum prædicti Ordinis Magistrum... extendimus et ampliamus ». (Benoît XIII, *Pretiosus*).

terminos juris Constitutione *Pretiosus* edictos. Quamobrem jam amplius *obsoletæ* remanent antiquæ concessiones, ante Bullam *Pretiosus* Provinciæ SS. Rosarii Philippinarum per Magistros Ordinis sola auctoritate sua impertitæ. Unde *jam vim non amplius habet* concessio Capituli Provincialis, quæ ab antiquis temporibus ad hodierna usque tempora sub hac forma habetur :
 « Committimus vi facultatum a Rmis Patribus Magistris Generalibus pro hac nostra Provincia concessarum, confraternitatem SS. Rosarii in populis stabilire : Pro natione Tagala, RR. PP. Vicariis Provincialibus de Bataan et de Cavite ; — Pro natione Pangasinana, RR. PP. Vicariis de Lingayen, Manaoag et Camiling ; — Pro Vicaria Provinciali de Cagayan, RR. PP. Vicariis de Lallo, Tuguegarao et Tuao ; — Pro Vicaria Provinciali de Isabela, RR. PP. Vicariis de Echague et Cabagan (*viejo*) ; — Pro Missionibus de Ituy et Paniqui, RR. PP. Vicariis de Aritao et Bagabag ; — Pro Sinarum Imperio, Regno Tunquino, Formosa et Missionibus de Batanes, omnibus Fratibus ibidem commorantibus. » (*Capitul. Provinc. Januarii 1894, commissione 2^a*).

Unde ea resumendo quæ spectant ad erectionem confraternitatum SS. Rosarii pro Provinciali Philippinarum, hæc ad normam tenenda sunt :

I. *Solus Prior Provincialis* intra territorium totius Provinciæ, et *Vicarii Provinciales in imperio Sinarum et Regno Tunquini* (non vero Rmi Episcopi Vicarii Apostolici, nec etiam Vicarii Provinciales in aliis Missionibus Provinciæ) possunt :
 a) Dare litteras facultativas seu diploma erectionis *ab ipsis subscriptum* ; — b) Dare elenchum indulgentiarum *ab ipsis subscriptum* ; — c) Deputare aliquem fratrem subditum ad actum erectionis in *tali loco* peragendum.

II. Prior Provincialis et Vicarii Provinciales in Imperio Sinarum et Regno Tunquini, unusquisque intra terminos suæ jurisdictionis, pro erectione confraternitatum SS. Rosarii eadem gaudent potestate, qua Magister Ordinis in universo orbe ; ac igitur *iisdem regulis juris continentur*, ideoque : a) Debent uti


eadem formula pro diplomate (proprio quidem suo nomine subscripto), cum mentione subdelegationis; — *b*) Debent tot diplomata dare, quot sunt confraternitates erigendæ; — *c*) Debent pro unaquaque confraternitate mandare elenchum indulgentiarum a S. C. Indulgentiarum anno 1862 approbatum. Hic elenchus debet subscribi a Priore Provinciali vel a Vicariis Provincialibus ut supra indicatis, ad authenticitatem; — *d*) Debent deputare aliquem fratrem subditum ad actum erectionis in tali loco peragendum, vel per seipsos erectionem peragere; — *e*) Actus erectionis non potest fieri absque prævio consensu Episcopi, et litteris testimonialibus ejusdem. — *f*) Confraternitas non potest erigi nisi in ecclesiis publicis (nunquam in ecclesiis Religiosarum). — *g*) Duæ confraternitates erigi non possunt in eodem loco (excepto casu in Sinarum Imperio sub n. 13, pag. 10, vol. 1 apud *Acta S. Sedis pro Societate SS. Rosarii* indicato). — *h*) Elenchus indulgentiarum pro unaquaque confraternitate ab Episcopo debet esse recognitus et subscriptus.

Quæ quidem omnia a jure Ecclesiæ pro confraternitatibus erigendis in Provincia SS. Rosarii Philippinarum et ejusdem Missionibus sicut et pro reliquis Orbis partibus sub pœna nullitatis sancita extant.

Quoad præteritum, non habetur ratio ad quaslibet juris cavillationes, cum omnes confraternitates SS. Rosarii, ante diem 28 septembris anni 1893 actu existentes in universo Orbe, a *quocumque defectu juris* plenitudine Apostolicæ potestatis sanatæ sint. Si aliqua confraternitas post prædictum diem modo indebito erecta fuerit, revalidetur juxta modum indicatum penes *Acta S. Sedis pro Societate SS. Rosarii*, vol. I, pag. 214

Visum et approbatum die 16 januarii 1895.

FR. ANDREAS FRUHWIRTH, MAG. GEN. ORD. PRÆD.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES QUESTIONS DE MORALE.

Suite (1).

VI.

De ministro Eucharistiæ.

CASUS.

Quadam in regione, ubi catholici cum schismaticis commixti vivunt, Titius unus eo loci catholicus sacerdos curam animarum gerit. Teterrima lue grassante, cum forte Caius et ipse sacerdos catholicus ad rem quamdam suam procurandam illuc advenisset, eum rogat Titius, ut sibi in juvandis infirmis illisque sacramentis ministrandis auxilio esse velit. Renuit tamen Caius et statim pestilentiaë metu correptus inde discedit.

Interim sacerdos schismaticus Titio se offert, ad auxilium ægrotis præbendum. Ejus opem Titius acceptare recusat, et potius, ut cunctarum ovium saluti consulat, ferventi laico mandat, ut, se dicta ex causa impedito, aliis ægrotis in mortis articulo constitutis Eucharistiam dispenset, ad contritionem prius excitatis iis qui pœnitentiæ sacramentum recipere non potuerant. Ipse autem ad morbi contrahendi periculum quam fieri posset evadendum, post auditam illorum confessionem, sacram particulam in patena porrigit, ut propriis ipsi manibus sumant.

Quæritur :

1° *Quisnam sit dispensandæ Eucharistiæ minister?*

(1) Voir plus haut, pages 177, 269 et seq.

2° *An peccaverit Caius, dum sacramenta peste laborantibus ministrare recusavit?*

3° *An in omnibus Titius recte se gesserit, et quatenus negative, quomodo se gerere debeat?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quis sit dispensandæ Eucharistiæ minister?

R. 1. Ordinarius minister S. Eucharistiæ dispensandæ est solus sacerdos. Quod Concilium Trid. sess. 13, cap. 8, effert, quum dicit : „ In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a sacerdotibus Communionem acciperent; sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent. ”

R. 2. Neque quilibet sacerdos quibuslibet fidelibus S. Eucharistiam ministrare licite potest; sed 1) ut in aliena ecclesia id fiat, requiritur licentia pastoris, quæ communiter censetur adesse cum facultate celebrandi; 2) ut extra ecclesiam ad infirmos S. Eucharistia deferatur, necessaria est parochi (vel Episcopi) licentia, quia hoc ministerium per se ad parochum spectat, excepto casu urgentis necessitatis. Quod ita Ecclesia servari vult, ut si quis regularis aliter Viaticum ministraverit, excommunicationem incurrat R. Pontifici reservatam (Const. *Apostolicæ Sedis*, cap. III, § 14).

R. 3. Minister extraordinarius dispensandæ Eucharistiæ est diaconus, ita ut, occurrente aliqua necessitate, etsi non urgenti, ei liceat *ex commissione sacerdotis* S. Communionem ministrare. Nimirum vi ordinis suscepti diaconus est minister sacerdotis, neque licet ei sacramenta ministrare proprio marte, sed jussus et tamquam instrumentum sacerdotis. Quæ commissio non præsumenda est, sed re ipsa debet

esse facta, nisi, deficiente sacerdote, occurrat necessitas moribundi.

Antiquitus quidem consuetudo erat, ut distributio S. Eucharistiæ erga fideles a sacerdote celebrante committeretur diacono; nunc vero praxis id sanxit, ne fiat sine aliqua necessitatis causa.

R. 4. Nemo infra diaconum vocari potest proprie S. Eucharistiæ minister, neque hac in re plus licet per se subdiacono, quam inferiori clerico, imo quam laico. Atque in quæstione, in qua theologi in diversas abeunt partes, liceatne nimirum laico in casu necessitatis moribundis Viaticum deferendum committere, per se id, quod dicitur de laico, etiam valet de clerico etiam subdiacono. Nihilominus, quum a multis negetur, etiam in casu necessitatis, licere laico S. Eucharistiam deferre, plane puto, id longe facilius in casu necessitatis subdiacono, vel etiam inferiori clerico, saltem regulari, licere, eo quod longe minor sit admiratio vel indecentiæ periculum.

Hæc quidem de quæstione circa ministrum Eucharistiæ, cui *liceat* sacramentum dispensare. Nam si quæritur, quis sit minister qui *debeat* ministrare, hujus quæstio responsum accipe in sequentibus.

QUÆSTIO SECUNDA.

An peccaverit Cajus, dum sacramenta peste laborantibus ministrare recusavit?

R. 1. Primo et directe quidem quæritur hic de dispensanda Eucharistia; secundo tamen quæstio respicit etiam alia sacramenta, sacramentalem absolutionem et extremam unctionem.

Primo igitur dicendum est de Eucharistia, de reliquis sacramentis postea.

Quoad S. Eucharistiam, quæstio de Caio facile solvitur.

Nam qui non ex officio institutus est pastor ejusve adjutor, ad sacramenta ministranda non tenetur nisi ex caritate et secundum regulas caritatis. Quæ cum proprio damno seu periculo gravi non obligat nisi ad graviorem proximi *necessitatem* sublevandam. Verum S. Eucharistia non est absolute necessaria; ergo in nostro casu, ubi Caius timet proprium damnum gravissimum, ad Eucharistiam dispensandam non est ei obligatio, nisi in singulari casu acciderit necessitas, de qua sermo erat in casu I, Quæst 2, R.

R. 2. Verum non ad solam dispensandam Eucharistiam Caius invitatur, sed simpliciter ad opem ferendam moribundis. Quamquam detrectet timore periculi extremi, videntum est, quandonam ad tantum periculum subeundum severe teneatur. Quod fieri existimo in sola necessitate proximi extrema. At extremam necessitatem hic et nunc adesse, non potest dici: Non est extrema necessitas relate ad communitatem; hæc scilicet adest, quando tempore contagiosi morbi totus populus caret omni spirituali auxilio; sed in nostro casu parochus eoque zeloso non caret. Non adest extrema necessitas singularis hominis; hæc enim si adesset, parochus sine dubio sublevaret, neque extraneus quilibet eam tenetur investigare, sed, *si occurrit*, debet eam levare. Fateor sane, si nuntiaretur, Caio præsentem, adesse moribundum qui, quum seipsum satis juvare non posset, indigeret auxilio sacerdotali, parochus vero plane impeditus esset, v. g. occupatus in necessaria cura aliorum, vel tam cito non posset vocari: in ejusmodi circumstantiis pro tali singulari casu Caium obligari, ut etiam cum periculo infectionis et vitæ moribundo succurreret.

QUÆSTIO TERTIA.

An in omnibus Titius recte se gesserit, et quatenus negative, quomodo se gerere debeat.

R. 1. Recte egit Titius, opem sacerdotis schismatici recusans : non enim potuit, quasi communionem cum eo faciens, eum habitualiter delegare.

R. 2. In extrema quidem necessitate sacerdos etiam schismaticus potest et debet moribundo assistere, atque jurisdictione donatus est, ut possit absolvere. Verum ultra *necessaria* sacramenta ab eo postulare non licet. Imo ut possit ab eo peti absolutio, abesse debet perversionis periculum. Quod si abfuerit atque in singularibus casibus Titius advocari non potuerit, sane licuit catholicis pro absolute moribundi sacerdotem schismaticum advocare; atque de hoc utique Titius potuit, vel pro circumstantiis debuit, populum instruere.

R. 3. Eucharistiam moribundo ministrari per hominem laicum, est contra hodiernam disciplinam. Verum si solum sacramentum est, quod possit moribundus recipere, æstimo Titium non esse culpandum, quando viro laico S. Eucharistiam deferendam committat. Conferri potest hac de re *Burg-haber*, Select. cas. centuriæ 3^æ, cas. 69, qui ultra 18 auctores eosque gravissimos pro liceitate affert. Nihilominus etiam tunc, si fieri poterit, potius absolvendus erat antea moribundus a sacerdote schismatico.

R. 4. Titius Eucharistiam peste infectis ministrare non tenebatur rigore, si excepta qualicumque confessione poterat eos absolvere. Sed si voluit S. Eucharistiam pro Viatico administrare, male egit ita porrigendo consecratam particulam, ut ipse moribundus suis manibus eam sumeret: quod est plane contrarium hodiernæ praxi Ecclesiæ. Re vera peri-

culum vix majus erat, si instrumento, v. g. cochleari, sacram particulam ipse administrasset. Attamen *moribundo* licuit, si aliter Viaticum non potuit habere, S. Eucharistiam in proprias manus assumere, idque etiamsi sacramentaliter jam erat absolutus, neque absoluta necessitate ea indigebat.

R. 5. Optime quidem fecit Titius non ad administranda sola sacramenta absolute necessaria se restringens; melius tamen fecisset, si in iis ipsis sacramentis pro pietate administratis minus timidum se exhibuisset neque a more solito administrandi tam longe discessisset. Adhibeat cautelas, quas medici consulunt; sed medicum spiritualem non decet timidiorem esse et magis sibi cavere, quam medicum corporalem.

VII.

De Eucharistia infirmis ministranda.

CASUS.

Parochi munus demandatur Titio de animarum salute valde sollicito. Hic pueris omnibus morti proximis, modo septennium attigerint, sacrum præbet viaticum, licet de eorum capacitate dubius sit. Eodem modo se gerit aliquando cum adultis, qui sensibus destituti videntur, ad quos viaticum defert, modo illud antea petierint. Ceteris autem infirmis, eodem perdurante letali morbo, Titius semel vel bis in hebdomada Eucharistiam ad modum viatici administrat; iis vero qui chronico morbo laborantes, ob stomachi debilitatem jejunium usque ad consuetam horam servare nequeunt, communionem defert, media nocte vix elapsa. Tandem Caio, qui in ipsa parochiali ecclesia summo mane communicaverat, quique post solis occasum ex gravi accepto vulnere in mortis periculum inciderat, post exceptam confessionem viaticum statim administrat.

Hæc omnia alteri vicino parochi non probantur, qui tamen, antequam Titium moneat, theologum eximium consulit, ab eo quærens :

1° *Quandonam ex divino præcepto obligatio urgeat sumendi Eucharistiam?*

2° *An quibusvis infirmis in mortis periculo constitutis viaticum sit ministrandum?*

3° *Quid de Titii agendi ratione juxta singula in casu?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quandonam ex divino præcepto obligatio urgeat sumendi Eucharistiam?

R. 1. De fide definita est, ante usum rationis parvulos nulla necessitate obligari ad sacramentalem S. Eucharistiæ communionem : de quo cf. Concil. Trid., sess. 21, cap. 4 et can. 4.

R. 2. Post annos discretionis omnes Christifideles tenentur S. Eucharistiam sumere jure divino aliquoties in vita ac maxime tempore mortis : quam obligationem Ecclesia sua lege ita determinavit, ut saltem quotannis tempore Paschali S. Eucharistia sumi debeat. Ita ex noto cap. Conc. Later. IV, *Omnis utriusque sexus*.

R. 3. Quamdiu periculum mortis non urget, anni discretionis seu tempus, quo primo urgeat præceptum S^æ Communionis, latitudinem satis magnam habent, ita ut pro loci consuetudine et circumstantiis per aliquot etiam annos ultra tempus completi usus rationis exspectare liceat, quo plenius pueri instruantur et maturiore judicio cœlestem cibum sumere possint. Tempus primæ Communionis nostris temporibus communiter esse debet inter 9-12 ætatis annum. *Th. m.*, II, n. 147.

QUÆSTIO SECUNDA.

An quibusvis infirmis in mortis periculo constitutis Viaticum sit ministrandum?

R. 1. Quum universale sit præceptum Christifidelibus impositum Eucharistiam pro Viatico sumendi, ad propositam quæstionem melius respondetur enumerando eos qui propter obstaculum quoddam a S. Eucharistia excluduntur, quam enumerando eos quibus dari Viaticum debeat.

Excludendi rationes sunt tres : 1) Usus rationis nondum unquam habitus, 2) Periculum irreverentiæ erga SS. Sacramentum, 3) Subjecti indignitas.

R. 2. Ratione usus rationis nondum habiti ex hodierna Ecclesiæ disciplina excluduntur : 1) parvuli, 2) amentes qui usum rationis discretionemve hujus cœlestis panis a cibo communi nunquam habuerunt. Hac ratione non excluduntur 1) qui post plenum rationis usum postea in amentiam delapsi sunt; 2) qui tempore periculi mortis sensibus destituuntur.

R. 3. Ratione periculi irreverentiæ erga SS. Sacramentum excludi possunt : 1) qui *actu* ratione non utuntur, 2) qui multa tussi vel vomitu laborant. Ita enim dicit Rituale : « Id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim aliumve similem morbum *aliqua indecentia cum injuria tanti Sacramenti timeri potest.* » In his igitur videri debet, num revera periculum sit, ne amentes S. Eucharistiam excutiant, exspuant, similive modo irreverenter tractent; num ne tanto quidem tempore ægroto a tussi quies detur, dum sacræ species secure deglutiantur, vel a vomitu non tanto tempore, quo in stomacho sacræ species censeri debeant corrumpi. Quem in finem experimentum fieri potest tempore morbi periculosi cum particula non consecrata, eo

quod lex jejunii naturalis tum non severe urgeat. Si igitur vel per experimentum vel per medici probi iudicium *grave* periculum aliquid contra reverentiam SS. Sacramenti committendi probatur abesse, etsi non omne periculum, S. Eucharistia potius danda est, quam deneganda, quia Sacramenta Christus instituit propter homines neque per irreverentiam solummodo materialem Christo eucharistico vera infertur injuria.

Quodsi igitur eventus spem fefellit atque irreverentia accidit, agi debet, sicut in casibus, quos prævidit Rituale et Missale in titulo *de defectibus*. Cf. Missale, *de def.*, x, 14.

R. 4. Ratione indignitatis excluduntur ii, quos enumerat Rituale Rom. titulo de SS. Eucharistiæ Sacramento : “ Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt *excommunicati, interdicti, manifesteque infames*, ut : meretrices, concubinariii, fœneratores, magi, sortilegi, blasphemi et alii ejus generis publici peccatores, nisi de eorum pœnitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint. — Occultos vero peccatores, si occulte petant et non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem si publice petant, et sine scandalo ipsos præterire nequeat. ”

Quæ publica emendatio et satisfactio etiam pro Viatico moribundis administrando, quantum tamen pro circumstantiis possibile est, præcedere debet. Rituale R. ita habet de Viatico : “ Cavendum autem imprimis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur; quales sunt publici usurarii, concubinariii, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut denunciati, nisi sese prius S. confessione purgaverint et publicæ offensioni, prout de jure, satisfecerint. ”

R. 5. Per accidens adest impedimentum recipiendæ vel administrandæ Eucharistiæ, si quis non amplius est jejunos, i. e. a media nocte quantulumcumque cibi vel potus sumpserit. A qua lege eximuntur in periculo mortis constituti, qui

vel ipsi non possunt commode manere jejuni vel quibus minister commode non potest ministrare Sacramentum jejunis : hi vero eximuntur, quoties S. Eucharistiam sumere libuerit. Hanc exemptionem a lege jejunii non esse absolute et ob merum libitum, neque tamen severam necessitatis inquisitionem requiri, videre est apud *Suarez*, de Euch., disp. 79, sect. 3, et *Th. Tamburini*, method. SS. Communionis, cap. v, § 10.

Qui vero ægrotus est non periculose, jejunos debet S. Eucharistiam sumere, nisi dispensationem a S. Pontifice acceperit, quæ nunc non ita difficulter datur iis, qui in morbo diuturno non periculoso jejuni manere non possunt. *Th. M.*, II, n. 161, nota.

QUÆSTIO TERTIA.

Quid de Titii agendi ratione juxta singula in casu?

R. 1. Puer septennis regulariter censetur attigisse usum rationis. Nihilominus non statim ab usu rationis satis instructus est circa mysteria nostræ fidei, præsertim circa mysterium S^o Eucharistiæ. Quare nondum statim aptus est ad SS^{um} Sacramentum sumendum. Verum in articulo mortis sufficit aliqualis instructio et cognitio, quæ a parcho, si satis mature ad puerum accedit, una hora vel citius dari potest. Hanc igitur aliqualem instructionem parochus præmittere debet, et, postquam puerum confessum sacramentaliter absolverit, etsi usus rationis et cognitio hujus Sacramenti fuerit adhuc satis debilis, Viaticum licet saltem dare. *Th. M.*, II, n. 147; *S. Alph.*, lib. 6, n. 301.

Puero igitur septenni, pro cujus usu rationis est *præsumptio* ex ætate, semper *licebit* dare Viaticum, *nisi constet* de defectu rationis et cognitionis; nam in *dubio* de capacitate pueri Viaticum dari *posse*, auctorem habemus

S. Alph., lib. 6, n. 293. Imo dari *debet*, meo iudicio, nisi *satis graviter* de defectu capacitatis *dubitetur*. Si qui autem perspicacioris sunt ingenii, etiam aliquantulum ante illam ætatem Viaticum accipere possunt.

Ergo in primo casu Titius, si modo instructionem præmiserit, reprehendendus non est.

R. 2. Iis, qui videntur sensibus destituti, S. Communionem negare, nulla est ratio, nisi obstet periculum committendæ irreverentiæ erga SS. Sacramentum. Maxime ergo si quis antea petiit S. Eucharistiam, eam ob solam rationem, quod nunc sensibus destituatur, denegare parochus ne licebit quidem. Ergo omnino recte egit Titius in hoc casu, remoto ut dixi periculo irreverentiæ; imo sufficit, ut moribundus christiane vixerit, vel interpretative S. Eucharistiam petierit.


R. 3. Semel vel bis in hebdomada Viaticum repetere etiam apud non jejunos, sane *licebit*, imo *licebit* repetere etiam frequentius. Quod autem Titius indiscriminatim omnibus graviter ægrotis toties Eucharistiam præbet, ex eo potest esse zeli indiscreti, quod fortasse ex ægrotis ipsis sunt quibus id non placeat. Nisi enim ipsi libenter annuant, ad tam frequentem repetitionem non sunt *urgendi*; at eos suaviter inducere, ut ipsi hoc desiderent, opus est piissimum.

Non tamen obligatur Titius, ut toties administret S. Eucharistiam ægrotis, nisi sponte ipsi petant. Quodsi igitur petant, etiam post administrata omnia sacramenta moribundorum, non potest sine piaculo frequentiore S. Viatici repetitionem denegare, nisi gravioribus negotiis impeditus sit; maxime vero id curare debet, ut, si fieri possit, in ipsis extremis moribundo præsens assistat. Cf. *Th. M.*, II, n. 161 et 647; *S. Alph.*, lib. 6, n. 285; *Ben. XIV*, de syn. diocæ. lib. 7, cap. 12, n. 5.

R. 4. Eis ægrotis, qui periculose quidem ægroti non sunt,

sed propter stomachi debilitatem jejunium servare diutius non possunt, licebit utique aliquoties paulo post mediam noctem S. Eucharistiam deferre. Quod in communitate religiosa, ubi SS. Sacramentum asservatur, nullam facit difficultatem; verum etiam per oppidum in domos privatas S. Eucharistiam sic afferre — utut generatim Rubrica vetet ne nocte deferatur — tamen ob necessitatem, ne quis diu carere debeat pane cœlesti, parocho licebit. Quare Titius neque hac in re reprehensibilis est, sed laudandus.

R. 5. Demum circa ultimum casum, videlicet utrum possit, an debeat ille secundo Eucharistiam sumere, qui mane sanus ex devotione ad S. Communionem accesserit, eodem die postea inopinatus, v. g. ex vulnere, in articulo mortis constituatur, theologi in diversas abeunt sententias. Quare quum aliis videatur præceptum iterato sumendæ S. Eucharistiæ, aliis e contrario bis eodem die communicare etiam in eo casu illicitum, prudenter concludit Bened. XIV, *de syn. diœc.* et cum eo multi recentiores, *licere* quidem ægroto in hoc casu S. Eucharistiam secundo sumere, obligationem vero non esse. Titio igitur liberum erat agere, sicut re ipsa egit; imo si hoc erat moribundo singulare solatium, omnino consulendum erat, ut sic ageret. Cf. *Bened. XIV, de syn. diœc.* lib. 7, c. 11, n. 2; *S. Alph.*, l. 6, n. 285, dub. 3; *Th. M.*, II, n. 146.



CONDONATION

PAR LE SOUVERAIN PONTIFE

DES BIENS ENLEVÉS A L'ÉGLISE PAR LA RÉVOLUTION FRANÇAISE.

Nous avons laissé passer l'an dernier deux rescrits qui concernent cette question, adressés tous deux à S. E. le Cardinal Archevêque de Cologne; le numéro de mai des *Analecta ecclesiastica* en contient un troisième. Tous expliquent le sens de l'article du Concordat, et l'étendent à diverses régions. Nous les citerons à notre tour; mais, selon l'habitude que nous avons adoptée, nous reprendrons la question depuis son origine, et nous publierons les divers documents émanant du Saint-Siège sur la question.

TEXTE DU CONCORDAT.

C'est le Concordat qui a fait cette condonation; en rapprochant ses différents articles, et en examinant les autres documents pontificaux, il est évident qu'il y a corrélation, dans la pensée du Souverain Pontife, entre l'abandon qu'il fait des droits de l'Église sur les biens dont elle a été spoliée, et l'engagement pris par le gouvernement français de pourvoir à la sustentation des ministres du culte. Voici les articles du Concordat :

Art. XIII. — Sanctitas Sua, pro pacis bono felicique religionis restitutione, declarat eos qui bona Ecclesiæ alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros neque a se, neque a Romanis Pontificibus successoribus suis; ac consequenter pro-

prietas eorumdem bonorum, reditus et jura iis inhærentia, immutabilia penes ipsos erunt atque ab ipsis causam habentes.

Art. XIV. — Gubernium Gallicanæ Reipublicæ in se recipit, tum Episcoporum, tum Parochorum, quorum diœceses atque parochias nova circumscriptio complectetur, sustentationem quæ cujusquam statum deceat.

Art. XV. — Idem Gubernium curabit ut catholicis in Gallia liberum sit, si libuerit, ecclesiis consulere novis foundationibus.

Deux documents pontificaux solennels parlent de cette condonation, et la corrélation entre l'obligation prise par le Gouvernement français et l'acte du Souverain Pontife y est plus nettement affirmée encore. Ce n'est pas, du reste, sur cette corrélation que nous avons à insister dans cet article ; mais nous avons cru bon de la signaler.

Le premier de ces documents est la Bulle *Ecclesia Christi*, par laquelle Pie VII annonce et confirme le Concordat :

Constantes in proposito ad omnia sacrificia pro bono unitatis descendendi, ad quæ, salva religione, descendi potest, ut etiam pro viribus Nostris tranquillitati Galliarum cooperemur, quæ denuo totæ turbarentur, si bona ecclesiastica alienata iterum essent repetenda, et ut (quod potissimum est) felix catholicæ religionis restitutio fiat, Prædecessorum Nostrorum exempla sectantes declaramus eos qui bona ecclesiastica alienata..., etc. (*Suit le texte de l'article XIII du Concordat.*)

Sed quoniam Galliarum Ecclesiis veteri suo patrimonio privatis invenienda ratio aliqua est, qua suppleri Episcoporum ac Parochorum sustentationi ac decentiæ possit, Galliarum Gubernium in se recipit..., etc. (*Suit l'article XIV.*)

Simili modo statutum est Gallicanæ Reipublicæ Gubernium curaturum ut catholicis in Gallia... etc. (*Suit l'article XV.*)

Le second document est la Bulle *Commissa divinitus*, dans laquelle Pie VII, après le Concordat de 1817, érige de nouveaux sièges épiscopaux en France et détermine une

nouvelle circonscription. Le Pontife y rappelle en ces termes la condonation faite par lui au Concordat précédent :

Cum vero Galliarum Ecclesiæ in præterita rerum conversione suo fuerint orbata patrimonio, et ea quæ de peractis bonorum ecclesiasticorum alienationibus articulo XIII conventionis anni 1801 ex pacis studio decrevimus, suum jam effectum nacta sint, ac firma semper suoque in robore perstare debeant; hinc necessario ipsarum dotationi alia utili dispositione consulentes.... etc.

Nous ne nous arrêtons pas à prouver que tous ces textes contiennent une véritable cession des droits de l'Église, et transfèrent la propriété de ses biens aux fidèles qui les ont acquis du Gouvernement de la République Française. Nous ne voulons pas davantage discuter si cette cession, cette translation de propriété est légitime, et à quel titre le Souverain Pontife a pu faire une pareille condonation. Ceux qui voudraient étudier cette dernière question liront utilement deux Bulles de Benoît XIV, la Bulle *Urbem Antibarum*, du 19 Mars 1752, et la Bulle *Cum Encyclicas* du 24 Mai 1754, que ce Pontife a écrite à l'occasion d'une condonation analogue. Ils y verront comment le Souverain Pontife, sans même trancher la question de savoir s'il est le propriétaire ou seulement le suprême administrateur des biens ecclésiastiques, peut, pour de graves motifs, opérer les condonations de ce genre; ils y trouveront aussi nombre d'exemples de ces condonations dans le passé.

Il est plus intéressant, à l'aide des documents émanés du Saint-Siège, d'étudier le sens et la portée de la condonation de Pie VII; et c'est ce que nous allons entreprendre.

PREMIÈRES DÉCISIONS.

Charges dont sont grevés les biens.

Les premières décisions que nous connaissions furent sollicitées à propos des charges pieuses dont les biens ecclésiastiques étaient souvent grevés : les acquéreurs de ces biens étaient-ils tenus de les supporter ?

Il nous semble impossible de nier que les premières décisions de la S. Pénitencerie aient été rendues dans le sens de l'affirmative. Carrière, dans son traité *De justitia et jure*, n° 129, cite une réponse du 14 Octobre 1814, faite à un confesseur du diocèse de Malines, réponse qui suppose : « *ea bona non posse retineri nisi ad nutum Ecclesie, satisfaciendo obligationibus, si quæ iis sunt annexæ, erogando in eleemosynam saltem redituum partem, et certiorando hæredes de hujusmodi obligationibus.* » Ce n'est là qu'une analyse ; nous avons, parmi les papiers de Mgr Bouvier, mort Évêque du Mans, qui alors était professeur au grand séminaire de ce diocèse, le texte intégral d'une réponse analogue, qui lui fut communiquée. Ne manquons pas de faire observer, en raison de ce qui va être dit bientôt, qu'il s'agissait d'un bien ecclésiastique acquis « au commencement de la Révolution » ; la supplique le disait expressément. Cela posé, nous citons cette réponse :

Sacra Pœnitentiarum tibi confessario ab oratore electo facultatem concedit ipsum oratorem, omnesque alios de ejus familia qui ad te accesserint, audita prius eorum confessione sacramentali, a censuris et pœnis ecclesiasticis, si quas ob præmissa incurrerint, et a quavis culpa idcirco admissa, apostolica auctoritate absolventi hac vice in forma Ecclesie consueta ; ipsique familie benigne indulgenti ut præfatum fundum retinere valeat sequentibus conditionibus : 1° Retinendi prædictum fundum ad nutum Ecclesie ; 2° Illud servandi ac in eo rem utilem gerendi ; 3° Satis-

faciendi oneribus si quæ ei annexa sint, ac erogandi aliquam elemosynam annuatim iudicio confessarii taxandam; 4° Certiorandi hæredes de ejusmodi obligationibus etiam per syngrapham, ut et ipsi sciant ad quid in futurum teneantur, injuncta pœnitentia salutari, aliisque injunctis de jure injungendis. In foro conscientiæ et in confessione sacramentali tantum. Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 16 Januarii anno Domini 1816.

J. A. SALA, *Sacræ Pœnitentiariæ Corrector.*

Ces réponses devaient nécessairement surprendre. Elles semblent bien en contradiction formelle avec le texte même du Concordat : celui-ci déclare en effet que *la propriété des biens ecclésiastiques aliénés, leurs revenus et leurs droits resteront irrévocablement aux acquéreurs et à leurs ayant-cause*, et la S. Pénitencerie ne leur permet de garder ces biens que *ad nutum Ecclesiæ*, comme dépositaires plutôt que propriétaires. Carrière, après avoir cité la réponse de 1814, ne voit que deux moyens de l'expliquer : ou bien il faut la regarder comme non authentique, ou bien dire que la question a été plus mûrement examinée depuis et que l'on a changé d'avis. Pour nous, il nous est impossible de ne pas croire à l'authenticité de ces réponses et de celles qui vont suivre ; à première vue, nous aurions cherché à les expliquer par une supposition toute gratuite, consistant à dire qu'il s'agissait, dans ces réponses, non de biens achetés du gouvernement, mais de biens cédés à celui-ci, et vendus par des particuliers qui en avaient injustement dépouillé les églises. Mais cette supposition n'est pas possible, si l'on tient compte des pièces suivantes. Il nous faut donc croire que, en effet, les termes du Concordat n'avaient pas été bien pesés et que l'on a dû changer d'avis après plus mûr examen.

Nous avons entre les mains l'original d'une réponse adressée à Mgr Bouvier lui-même. Le docte professeur avait

été ému de la réponse dont nous venons de donner le texte, réponse absolument contraire à l'enseignement commun en France, et il crut devoir en référer au Saint-Siège. Quelque long que soit ce document, nous croyons devoir le citer en entier ; il est assurément très intéressant à connaître.

Beatissime Pater,

Ad pedes Sanctitatis Vestræ, Joannes Bouvier, Theologiæ moralis in majori Seminario Diœcesis Cenomanensis professor, maxima cum reverentia provolutus, enixe, nec non humillime Sedis Apostolicæ oraculum requirit super quibusdam gravis momenti dubiis.

A tempore Concordati a Sanctitate Vestra initi anno 1801 cum Gubernio tunc in Gallia existente, gravis exorta est quæstio circa possessores bonorum Ecclesiæ quæ tempore perturbationis vendita fuerant : utrum scilicet ea eorumque fructus jam perceptos ex justitia restituere adhuc tenerentur, an vero illorum proprietatem ita acquisierint per articulum XIII Concordati, ut amplius ad restitutionem stricte non fuerint obligati, neque quoad fundum, neque quoad fructus.

Episcopi Galliæ, Doctores atque Professores tenuerunt et docuerunt, tum publice, tum privatim, quod prædicti possessores ad nullam restitutionem stricte tenerentur ; nitebantur autem præfato Concordati articulo XIII, variisque declarationibus Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Caprara. Sic enim, imprimis, scripserat omnibus Galliæ Episcopis diei 25 Maii 1802 ; inter plures quas illis communicat facultates istam concedit :

• Absolvendi a censuris quomodolibet incursis, ob violationem ecclesiasticæ immunitatis, ob acquisitionem bonorum ad ecclesias et pia loca spectantium : *Certioratis acquirentibus et ab eis causam habentibus* nullam molestiam habituros, ac consequenter proprietatem eorundem bonorum, reditus et jura his adhærentia penes ipsos immutabilia esse. •

Hanc sententiam, præmisso maturo examine, viris doctrina et pietate commendabilibus consultis, amplexus ac secutus sum

in instruendis alumnis nostris numerosis, et in multis responsionibus quas dedi super dubiis hac de re mihi expositis. Hæc tranquille sequebar principia : sed nuper mihi opposita est decisio a Sacra Pœnitentiaria ad oratorem Diœcesis Nostræ cum notis authenticitatis missa, quæque prorsus contraria esse videtur opinioni huc usque in Gallia communiter receptæ. Illam videns obstupui et anxius remansi; multi quoque alii sacerdotes non minus sunt conturbati et quærunt quid agere debeant.

Ego autem, Beatissime Pater, a nemine veritatem super hac gravissima quæstione expectari posse arbitror, nisi a Sanctitate Vestra. Quapropter ad Illam mittere judicavi exemplar ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ decisionis, atque illam suppliciter rogare, ut dignetur mihi notum facere :

1° Quid deinceps docere debeam circa possessores bonorum ecclesiasticorum, quæ vendita fuerant?

2° Ex hypothesi quod ea restituere non teneantur, quid facere debeant pro oneribus quæ eisdem bonis fuerant annexa?

3° Ad quid teneantur ii qui tempore perturbationis publicæ positive concurrerunt ad executioni mandandas leges injustas, vi quarum hæc bona sacrilege vendebantur?

4° Ad quid nunc ego ipse teneor pro responsis huc usque datis, et scriptis circa hanc tanti momenti quæstionem?

Licet singulis diebus hæc difficultas sit solvenda, ab omni tamen responsione nunc abstineo et abstinebo, donec tutam agendi rationem a Sede Apostolica obtinuerim.

Dignetur ergo Sanctitas Vestra curare ut, quam brevi fieri possit, oraculum veritatis cum benedictione Apostolica perveniat ad,

Beatissime Pater,

Sanctitatis Vestræ

Humillimum, piissimum ac obsequentissimum servum et filium.

J. BOUVIER, *Presb. Cenom.*

Sacra Pœnitentiaria Oratoris quæsitis respondet :

Ad primum. *Si bona ecclesiastica, quæ hic memorantur, alienata fuerunt ante conventionem inter S. Sedem et Guber-*

nium Gallicum, docere debet Orator, eorum possessores stare oportere conditionibus expressis in Rescripto Sacræ Pœnitentiariæ, cujus exemplar ipsemet Romam transmisit.

Ad secundum. Jam provisum in primo; nihilominus ad majorem claritatem additur : Si satisfactis oneribus supersint possessori convenientes fructus pecuniæ ab se impensæ in bonorum acquisitionem, debet ipse onera illa ex integro implere; secus autem, ejus confessarius pro sua prudentia poterit ad prædictam normam onera ista reducere ac minuere.

Ad tertium. Hujus generis homines pro conscientia suæ remedio ad Sedem Apostolicam recurrere debent; quæ pro casuum varietate opportune providebit.

Ad quartum. Quod sine gravi incommodo fieri possit, communicet Orator iis, quibus prædicta responsa dedit, præsentia Sacræ Pœnitentiariæ Rescripta. Id tamen prudenter faciat, ne perturbationi alicui occasionem præbeat.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 4 Septembris 1816.

J. B. BUSSIS S. P. REGENS.

M. TRINCIA S. P. Scrius.

Si l'on pèse bien attentivement ces réponses, il semble que l'on ne puisse guères hésiter. A ce moment, le Saint-Siège ne voulait aucunement molester les possesseurs de biens ecclésiastiques acquis du Gouvernement français; il ne voulait point que des décisions intempestivement communiquées vinssent troubler la paix; mais il était décidé, si des possesseurs de ces biens recouraient à son autorité, à les traiter comme il traite ordinairement ceux qui ont acquis des biens d'église injustement, non comme des propriétaires définitifs, mais comme des dépositaires *ad nutum Ecclesiæ*.

Il faut remarquer la date de la réponse que nous venons de citer : 1816. Un fait considérable se passait l'année suivante : une nouvelle convention était arrêtée et signée

entre le Saint-Siège et le Gouvernement français. Y eut-il alors de nouveaux pourparlers sur la question de la propriété des biens ecclésiastiques, ou la question fut-elle plus mûrement examinée à l'occasion des nombreuses demandes qui étaient présentées au Saint-Siège, nous l'ignorons. Mais ce qui est certain, c'est que, en 1818, on avait adopté une autre règle pratique, plus conforme, nous nous permettons de le dire, aux termes et à l'esprit du Concordat. C'est une nouvelle réponse à Monseigneur Bouvier qui va nous en apporter la preuve. Le vénérable professeur n'avait pas trouvé lumière complète dans la réponse de 1816, et il consultait de nouveau :

Cenomani in Gallia, 12 Februarii 1818.

Eminentissimo et Reverendissimo Cardinali Majori Pœnitentiariorum.

Eminentissime et Reverendissime Cardinalis,

Gravissimis exagitatus anxietatibus circa frequentissimam in praxi et solutione difficillimam quæstionem de bonis ecclesiasticis in Gallia venditis, certam et tutam agendi regulam a Sancta Sede Apostolica exquisieram. Sacra Pœnitentiaria juxta Cancellariæ votum (1) mea perpendere dubia eaque solveere benigne annuit. Exemplar humillimæ Supplicationis meæ et Sacræ Pœnitentiariæ responsionis ad Eminentiam Vestram hodie transmittito. illam enixe rogans, ut pro conscientie meæ tranquillitate, pro discipulorum meorum aliorumque sacerdotum et fidelium utilitate, ad novas eadem de re dubitationes respondere dignetur.

(1) *Sic*; il y a là une erreur : on a mal compris les mots suivants, écrits en abrégé sur le premier rescrit, selon la pratique de la S. Pénitencerie : *JUXTA VOTUM D. CANTÆ*. Ces mots signifient que la réponse est conforme, non pas au *votum* de la Chancellerie, qui n'a pas été consultée, mais au *votum* du Canoniste de la S. Pénitencerie.

Enimvero non ego tantum, Eminentissime et Reverendissime Domine, sed et alii plures viri pietate et doctrina conspicui, quibus prædictam Sacræ Pœnitentiariæ decisionem notam feci, affirmant se illam saltem clara luce percipere non posse : propterea tam pro illis quam pro meipso ab Eminentia Vestra suppliciter efflagito :

1° Utrum eleemosyna quam bonorum ecclesiasticorum possessoribus injungendam esse dicta Pœnitentiariæ decisio statuit, tanquam aliquid ex justitia debitum sit præscribenda, an vero per modum pœnitentiæ et satisfactionis illis, quatenus ex actione iniqua ditati sunt, imponi debeat?

2° Si autem ex justitia debeat, quis ergo erit sensus articuli XIII Concordati anni 1801, novissime confirmati per Bullam novæ circumscriptionis Diœcesium Regni Galliarum *Commissa divinitus*? Omnes enim theologi nostri firmiter persuasum habent proprietatem hujusmodi bonorum a Sanctitate Sua ad possessores fuisse translata, contenduntque prædictum Concordati articulum XIII alio sensu rationabiliter explicari non posse.

3° Quid per onera præfatis bonis annexa intelligendum sit?

4° Cum hæc bona nunc sæpe sæpius revendenda proponantur, frequenter a nobis expostulatur an ea emere liceat? Quid respondere debemus?

2° *Sur le sens obvie des termes employés.* — Le mot *suffragium*, dans son sens obvie, ne s'entend point de la mémoire d'une fête ; mais bien des mémoires communes ou mémoires du temps. — Les mots *consueta suffragia* sont plus expressifs encore : quels sont les suffrages accoutumés d'une messe de la férie ? Est-ce la mémoire d'une fête simple ? Non, la rencontre d'une fête simple est accidentelle ; la messe de la férie a ses suffrages accoutumés, qui sont les mémoires du temps. — Les mots *prout jacet* nous semblent aussi tout à fait clairs. On dit la messe de la férie (car c'est d'elle qu'on parle) *prout jacet*, c'est-à-dire *telle qu'elle est indiquée au missel*, où elle a ses oraisons parfaitement déterminées suivant le temps.

3° *Sur les règles que l'on suit invariablement, quand les Rubriques ou les décrets de la S. Congrégation exigent, à côté d'une messe extra ordinem officii, la messe conventuelle conforme à l'office du jour.* La messe conforme à l'office du jour a ses mémoires, et en particulier la mémoire du simple occurrent, la messe de la férie des Quatre-Temps ou de carême a les oraisons du temps. C'est ce qui me fait dire que Bouvry commet une erreur en traduisant *prout jacet* ; si un simple se rencontre seul un samedi de Quatre-Temps, il veut qu'à la messe de l'ordination on fasse mémoire du simple, « cum sit conveniens officio ; » c'est comme s'il remplaçait dans la réponse les mots : *prout jacet* par

ceux-ci : *Missam, prout convenit officio, celebrandam*. Ce n'est pas cela ; la messe conventuelle sera conforme à l'office du jour, la messe de l'ordination sera de la férie.

Nous aurions soutenu ce sentiment quand même nous n'aurions eu pour guide que la décision IN CONCHEN ; mais notre correspondant lui-même nous rappelle une décision toute récente, sur laquelle la *Revue* ne pouvait s'appuyer en 1886. En 1889 a paru le cinquième supplément à Gardellini, qui contient la décision suivante :

In Ordinationis Missa faciendane est commemoratio simplicis ; an potius supprimi debeat sicut commemoratio duplicis ?

Avant même de donner la réponse, faisons remarquer que la question est posée bien clairement : c'est bien l'opinion de Bouvry qu'elle vise. Voici la réponse :

Si in Ordinatione dici debeat Missa de festo occurrente, Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. Si vero Missa sit ferialis ut in sabbatis Quatuor Temporum et in Sabbato *Sitientes*, hæc missa nullam admittit Sanctorum occurrentium commemorationem (1).

Nous croyons que la question est tranchée cette fois, et qu'il n'est pas possible de discuter davantage. Nous regrettons, pour l'*Enchiridion ordinandorum*, qu'il soit tombé dans cette méprise. Nous ne l'avions pas remarquée lorsque nous avons fait l'éloge de cet ouvrage ; mais, si nous avions vu l'erreur, nous aurions recommandé l'ouvrage quand même : les meilleurs ouvrages ne sont pas exempts de légères erreurs.

CONSULTATION II.

Est-il vrai que les fidèles ne gagnent point les indulgences du Chemin de la croix, s'ils ne suivent le prêtre ? Les auteurs affir-

(1) S. R. C. in RHEMEN, ad 4, 23 sept. 1885 (Gardell., num. 5949)

ment cependant qu'il suffit de se lever et de s'agenouiller à la place qu'on occupe.

RÉP. — Dès lors que la consultation parle de *suivre le prêtre*, c'est qu'il s'agit de l'exercice du Chemin de la Croix fait en public. La distinction est importante, parce que des instructions différentes ont été données pour le Chemin de la Croix visité privément et pour l'exercice public.

Le 3 avril 1731, la S. Congrégation des Indulgences a publié, par ordre de Clément XII, une série de neuf avertissements pour bien régler l'exercice du Chemin de la Croix (1). De ces avertissements, le cinquième concerne l'exercice public, et le septième l'exercice privé du Chemin de la Croix. Ce sont eux qui doivent nous guider dans notre réponse à la consultation. Les *avertissements* ont été publiés en italien; nous nous bornons à en donner la traduction latine que nous trouvons dans la Collection éditée à Ratisbonne des décrets de la S. Congrégation (2).

5. Hoc exercitium ubique sit uniforme, nil prorsus immutando quod hactenus servatum fuit in Conventibus Ordinis; id est, Via Crucis peragatur vel processionaliter ab universo populo sub ductu unius vel plurium sacerdotum, vel privatim ab unoquoque ex fidelibus. Si primo modo, processio ita disponatur, ut viri incedant separati a feminis, id est, illi præcedant, hæc vero sequantur, uno aut pluribus sacerdotibus inter eos incedentibus, et ad singulas stationes aliquis clericus vel sacerdos alta voce legat considerationem stationi seu mysterio respondentem, et recitato *Pater cum Ave*, et actu contritionis elicitio ulterius procedatur, inter unam aliamque stationem interposito cantu *Stabat Mater* vel alterius orationis; curentque omnes summa se gerere modestia, silentio animique attentione; compertum enim

(1) *Decreta authentica S. C. Indulg.*, édition de Ratisbonne, n° 100.

(2) *Ibid.*

est hoc sancto exercitio pie ac devote peracto paulatim assuescere fideles quoscumque ad meditandum, eosque excitari ad mores reformandos.

6. Si vero privatim peragatur..., (*nous omettons cet avertissement, qui ne se rapporte pas à notre question*).

7. Si Via Crucis erecta fuerit in ecclesia, ab ea peragenda abstineant fideles tempore divinorum officiorum, Missæ, uti etiam quando talis sit in ecclesia populi concursus, ut ea peragi nequeat absque tumultu ac perturbatione, eo vel magis quod, ubi nullum adsit impedimentum, singulæ stationes singulatim sunt visitandæ.

Chacun de ces *avertissements* a reçu son commentaire par des décisions de la S. Congrégation des Rites. Voici la décision qui concerne principalement l'exercice public : le préambule explique que, malgré les décrets précédents, il existe encore des opinions différentes sur la manière de faire le Chemin de la Croix, « et præsertim an pro indulgentiis consequendis semper necessarius esset localis motus de una statione ad aliam ; » de là, les questions suivantes « ad removenda dubia » :

1. An in peragendo Viæ Crucis exercitio semper necessario requiratur localis motus de una statione ad aliam pro acquirendis indulgentiis concessis pium hujusmodi opus peragentibus ?

Et quatenus negative,

2. An et quænam methodus sit præscribenda ?

Et eadem Sac. Congregatio, post maturum evulgararum opinionum examen, die 23 julii 1757 respondit :

Ad I : *Negative*.

Ad II : *Ad mentem, quæ in eo versabatur ut Eminentissimus Præfectus cum Secretario sequentem præscriberet methodum, ut nimirum pro publico exercitio Viæ Crucis, quando perturbatio excitari potest, observetur methodus a P. Leonardo a Portu Mauritio proposita, ut videlicet, unoquoque de populo*

suum locum tenente, sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus circumeat, ac sistens in qualibet statione, ibique recitans peculiares consuetas preces, ceteris alternatim respondentibus; pro privato autem tribuatur Episcopis facultas præscribendi tempus pro dicto peragendo exercitio opportunum (1).

La S. Congrégation ne donne donc pas ici la même facilité pour l'exercice privé que pour l'exercice public; c'est pour cela que nous disions plus haut que cette décision concerne principalement l'exercice public.

La décision qui concerne l'exercice privé a été rendue à la suite d'une demande partie de Suisse, et ce sont les Pères Capucins qui y avaient donné occasion en publiant le septième *avertissement* dont nous venons de donner le texte. La supplique relate le fait et continue ainsi :

Ex quo monito dubium oritur :

An Christifideles in magno populi concursu, maxime cum ecclesia repleta et compressa sit devotis, possint sine corporis motu de loco in locum indulgentias Viæ Crucis lucrari?

Sacra Congregatio die 26 februarii 1841 respondit :

Negative, absque speciali indulto. Singula enim Summorum Pontificum decreta affirmant, inter alias condiciones pro acquirendis stationum Viæ Crucis indulgentiis, necessario requiri aliquem corporis motum, ut clarius declaratum est ab hac Sacra Congregatione, nempe : Che si passi da una stazione all'altra per quanto permette o la moltitudine delle persone, che la visitano, o la ristrettezza del luogo dove sono erette (2).

Ces textes ne doivent laisser place à aucun doute; nous les résumons ainsi qu'il suit :

1° Dans l'exercice *privé* du Chemin de la Croix, les fidèles doivent visiter chaque station l'une après l'autre; c'est-à-dire il faut nécessairement qu'ils passent d'une station à l'autre.

(1) *Decret. Authent.*, n° 210.

(2) *Ibid.*, n° 287.

autant que le permet toutefois le nombre des fidèles qui font le Chemin de la Croix, ou l'exiguité du lieu où sont érigées les stations. Autrement on ne saurait, à moins d'un indult spécial, gagner les indulgences.

2° Il faut, pour l'exercice *public*, que les fidèles suivent le prêtre, sauf le cas prévu par la décision de 1757 : si le déplacement des fidèles, par suite de leur nombre, peut amener du trouble ou du désordre, ils sont autorisés à rester à leur place, tandis que le prêtre, avec les acolytes et les chantres, passe d'une station à une autre.

Ces deux solutions sont aussi celles de l'Instruction publiée par ordre du R. P. Ministre Général de tout l'Ordre des Frères-Mineurs, et qui a pour titre : *Instructio de stationibus S. Viæ Crucis erigendis visitandisque*. Elle ajoute qu'en pareil cas, il est bon de conseiller au peuple de se tourner vers les stations, et de se lever et de s'agenouiller avec le prêtre, selon la méthode de saint Léonard de Port-Maurice.

Mentionnons en passant une décision, que nous trouvons dans ce même opuscule, sur l'exercice public du Chemin de la Croix. Dans nos pays, un prêtre monte souvent en chaire pour que la lecture des considérations sur chaque station soit mieux entendue. Une réponse de la S. Congrégation de la Propagande, en date du 1^{er} Mars 1884, approuve cette pratique. En voici le texte :

Posse in casibus a Te expositis (1) recitari consuetas preces a sacerdote in suggestu, unde ab omnibus audiatur, dummodo alius sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus circumeat et in qualibet statione sistat. Servata hac conditione, quæ pro Via

(1) L'exposé avait mentionné le cas dans lequel « ob ecclesiæ amplitudinem aut alia loci adjuncta » le prêtre, en s'y prenant autrement ne pourrait se faire entendre qu'à grande peine.

Crucis censenda est substantialis, acquiri poterunt indulgentiæ, quin specialis gratia ad id concedatur.

La circonstance, qui seule dispense le peuple de passer d'une station à l'autre dans l'exercice public du Chemin de la Croix, c'est-à-dire la crainte de désordre résultant de la présence d'une foule trop compacte, se rencontre-t-elle toujours dans nos pays? Qu'elle se rencontre bien souvent, cela nous paraît incontestable, ne peut-il point se faire cependant qu'à certains jours, le nombre des assistants soit assez restreint pour que le passage de tous d'une station à une autre puisse s'effectuer sans embarras? Nous le croyons; mais alors, comment obtenir des fidèles qu'ils changent la pratique ordinaire et quittent leurs places pour suivre le prêtre? Et puis, quel embarras dans la pratique, et quels doutes pour un grand nombre de cas? Il serait donc bon de demander indult. La S. Congrégation des Indulgences paraît avoir eu beaucoup de répugnance à accorder ces indults; nous en citerions comme preuve le n° 407 des *Rescripta authentica*, collection de Ratisbonne, qui contient un rescrit de ce genre, concédé *de speciali gratia in exemplum non afferenda*; mais nous croyons qu'elle se montre plus facile maintenant.

CONSULTATION III.

Fidèle aux recommandations données par mon ancien professeur de Séminaire, je me suis procuré les livres parus avec l'approbation des saintes Congrégations Romaines, pour y trouver une doctrine sûre et exempte de toute erreur. Cependant l'autre jour un de mes confrères, prêtre instruit et pieux, m'a montré plusieurs points, où un ouvrage sur les indulgences et un autre sur la liturgie, tous les deux approuvés par la S. Congrégation, sont manifestement contraires aux rubriques et aux décrets. Que dois-je penser de la portée de l'approbation Romaine? Puis-je sans témérité la considérer comme ne valant que pour autant

qu'elle soit conforme aux rubriques et aux décrets; ou bien puis-je suivre en tout *tuta conscientia* la doctrine des ouvrages approuvés?

RÉP. — Nous regrettons que notre honorable consultant ne nous ait pas fait connaître le titre des ouvrages dont il parle. Force nous est donc de répondre en général.

Avant tout, nous ferons remarquer à notre honorable consultant qu'il faut distinguer entre les livres officiels et les ouvrages privés.

Les livres officiels, émanant directement de l'une ou de l'autre Congrégation Romaine, et revêtus de son approbation, ont force de loi et doivent être considérés comme authentiques, de même que les différents Codes, publiés par les Gouvernements, font autorité devant les tribunaux. — Ainsi en est-il par exemple des Indulgences; les éditions de la *Raccolta*, publiées par les soins de la S. Congrégation, sont authentiques et font autorité (même si parfois l'un ou l'autre point serait en désaccord avec les termes d'une ancienne concession). L'autorité doit bien s'arrêter à un texte. Le Souverain Pontife supplée alors à ces défauts :
 « *Hanc ergo Collectionem, lisons-nous dans le décret*
 » *placé en tête de l'édition de 1878, juxta Sanctitatis suæ*
 » *mandatum, rite accurateque absolutam . . SS. D. N. Pius*
 » *Papa IX Apostolica sua auctoritate approbavit; præce-*
 » *pitque a cunctis Christifidelibus, ut genuinam et authen-*
 » *ticam indulgentiarum hactenus concessarum Syllogen*
 » *prorsus habendam esse. Sin vero aliquod dubium vel*
 » *disceptatio de cujuslibet Indulgentiæ concessione vel de*
 » *ratione lucrandi forte suboriri contingat, Sanctitas Sua*
 » *expresse declarari voluit, ut præsens Sylloge, cujus ori-*
 » *ginale exemplar in archivo hujusmet S. Congregationis*
 » *ad perpetuam facti normam adservari debeat, pro dubiis*

» et controversiis in dirimendis unice consulatur (1). » — Nous pouvons en dire autant des éditions-types du Bréviaire Romain et autres livres liturgiques publiées par la Maison Pustet de Ratisbonne. La S. Congrégation fait ces éditions *siennes* et les déclare authentiques et officielles et veut que les autres Bréviaires ou Missels s'y conforment (2).

Si donc notre honorable consultant veut parler des éditions vraiment officielles, il doit les considérer comme authentiques, et peut s'y tenir *tuta conscientia*, quand même il croirait y trouver des divergences avec d'autres textes, au moins en attendant, que la S. Congrégation, à laquelle il appartient de faire au besoin les corrections, en ait décidé autrement.

Il n'en est pas de même des ouvrages privés, composés par des particuliers, même les plus savants, puis soumis à la révision d'un Consulteur et enfin revêtus de l'une ou l'autre approbation. La raison en est claire. Il ne s'agit pas ici d'une édition devant faire loi et autorité, et par conséquent l'ouvrage n'est pas le produit ou la propriété de la Congrégation, en un mot, n'est pas son édition officielle et authentique. Toute l'autorité de l'ouvrage résulte donc du travail de l'auteur, et ne fait loi que pour autant qu'il est conforme au texte et aux interprétations authentiques.

Le but primaire de l'institution des Saintes Congrégations Romaines n'est pas précisément de s'occuper de l'approbation des ouvrages composés par des particuliers; le droit et le devoir en sont dévolus aux Ordinaires des lieux. Il est vrai que depuis bon nombre d'années, au fur et à mesure que la liturgie romaine a été mieux étudiée et suivie par le Clergé, tant séculier que régulier, ou que les indulgences ont été

(1) S. C. Indulg. 3 Junii 1877.

(2) Voir *Nouv. Revue Théol.*, Tom. xxiii, pag. 607, ad iv.

de plus en plus en faveur chez les pieux fidèles, les auteurs ont tenu à obtenir la haute approbation du Saint-Siège, par l'une ou l'autre Congrégation, constatant la conformité avec les originaux. Nous comprenons facilement quel honneur et quelle recommandation ils en retirèrent et combien leurs livres devaient y gagner.

Mais cette approbation, ce *concordat*, ou cette faculté d'imprimer, met-elle leurs ouvrages hors de toute critique et les déclare-t-elle sans fautes ou erreurs?

Nous ne le pensons pas, car telle n'est pas la portée de ces approbations. Sans doute, par respect pour cette approbation, on se gardera bien de critiquer ces livres sans raison solide ou de les taxer d'erreur sans preuve convaincante.

Ordinairement ces approbations n'émanent pas de la Congrégation proprement dite, c'est-à-dire elles n'ont pas été portées par les Éminentissimes Cardinaux et autres membres en session, où, après la révision et la discussion du travail soumis, l'ouvrage a été approuvé. Ce serait là à proprement parler *une approbation de la S. Congrégation*, ayant force de loi, comme par exemple l'approbation d'un livre des Statuts, Règles et Constitutions d'un Ordre Religieux (Voyez *Collectanea in usum Secretariæ S. Congreg. Episcop. et Regularium*. Bizarri in fine passim).

En dehors de ces exemples nous ne connaissons pas d'approbation donnée à un ouvrage privé, par la Congrégation réunie en session solennelle, ou ordinaire. Pour ces éditions privées, c'est le Cardinal Préfet, avec le Secrétaire ou le Substitut de la Congrégation, qui donne le *concordat* avec la faculté d'imprimer; parfois, il est le fait du seul Secrétaire ou de son Substitut. Il ne s'agit donc pas alors d'un véritable *Décret* de la S. Congrégation, mais d'une simple déclaration ou constatation, faite par une personne qui, quoique élevée en dignité, n'a pas autorité pour

approuver ou rendre obligatoire, ce qui serait contraire ou peu conforme aux prescriptions des rubriques ou d'autres lois ecclésiastiques.

De là il faut conclure que la S. Congrégation n'approuve pas ou ne fait pas *sien* tout ce qui se trouve dans ces ouvrages approuvés; car il peut se faire et il arrive en effet parfois que l'un ou l'autre point ait échappé aux critiques et corrections du censeur et soit manifestement contraire au texte authentique de la loi et de ses interprétations officielles. Dans ce cas la faute reste une faute, mais n'est pas imputable à la Congrégation; c'est l'affaire de l'auteur ou du réviseur. Ainsi nous pourrions citer plusieurs livres qui portent l'approbation ou le *Concordat* du Cardinal Préfet ou de son Secrétaire et qui cependant renferment des fautes et des erreurs contre la liturgie, le droit Canon, les Indulgences.

Nous ferons encore remarquer que le *Concordat* ou l'approbation de l'une ou l'autre Congrégation ne porte pas sur les matières qui ne sont pas de son ressort. Chaque Congrégation se renferme dans ses attributions et renvoie en l'occurrence à qui de droit. Aussi n'entend-elle pas par son approbation ou son *concordat* approuver ou décider les opinions d'auteurs, encore livrées à la libre discussion, ou légitimer des usages ou coutumes contenus dans le livre, ou bien encore moins autoriser des cérémonies ou des pratiques qui ne portent pas l'approbation expresse du Saint-Siège.

D'après ces quelques données notre honorable consultant pourra juger lui-même quelle portée il faut donner aux approbations ou *concordat* des Congrégations Romaines, et quand il pourra et devra même ne pas suivre la doctrine enseignée dans ces livres approuvés.

LETTRE ENCYCLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS,
EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM
CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.



Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et Communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Adjutricem populi christiani potentem et clementissimam, Virginem Dei Matrem, dignum est et magnificentiore in dies celebrare laude et acriore fiducia implorare. Siquidem argumenta fiduciæ laudisque auget ea varia beneficiorum copia, quæ per ipsam affluentior quotidie in commune bonum longe lateque diffunditur. Nec beneficentiæ tantæ profecto a catholicis officia desunt deditissimæ voluntatis; quum, si unquam alias, his nimirum vel acerbis religioni temporibus, videre liceat amorem et cultum erga Virginem beatissimam excitatum in omni ordine atque incensum. Cui rei præclaro sunt testimonio restitutæ pas-

sim multiplicatæque in ejus tutela sodalitates; ejus nomini augusto splendidæ dedicatæ ædes; peregrinationes ad sacratissimam ejus templa actæ frequentia religiosissima; convocati cœtus qui ad ejus gloriæ incrementa deliberando incumbant; alia id genus per se optima fausteque in futura significantia. Atque id singulare est Nobisque ad recordationem perjucundum, quemadmodum multiplices inter formas ejusdem pietatis, jam Rosarium Mariale, ille tam excellens orandi ritus, in opinione et consuetudine latius invalescat. Id Nobis, inquit, perjucundum est, qui, si partem curarum non minimam promovendo Rosarii instituto tribuimus, probe videmus quam benigna optatis Nostris adfuerit exorata Regina cœlestis : eamque sic Nobis confidimus adfuturam, ut curas quoque ægritudinesque lenire velit quas proximi allaturi sunt dies. — Sed præcipue ad regnum Christi amplificandum uberiora Nobis adjumenta ex Rosarii virtute expectamus. Consilia quæ studiosius in præsentia urgemus de reconciliatione esse dissidentium ab Ecclesia nationum, haud semel ediximus; simulque professi, felicitatem eventus orando obsecrandoque divino numine maxime quæri oportere. Id etiam non multo antehac testati sumus, quum per solemniam Sacræ Pentecostes peculiare preces in eam causam divino Spiritui adhibendas commendavimus : cui commendationi magna ubique alacritate obtemperatum est. At vero pro gravitate rei perarduæ, proque debita omnis virtutis constantia, apte facit hortamentum Apostoli : *Instate orationi* (1); eo vel magis quod tali instantiæ precandi suavius quoddam incitamentum bona ipsa cœptorum initia admoveere videantur. Octobri igitur proximo nihil sane fuerit, Venerabiles Fratres, neque proposito utilius, neque acceptius Nobis, quam si toto mense Vos populique vestri, Rosarii prece consuetisque præscriptis, Nobiscum apud Virginem Matrem pientissimi insistatis. Præclaræ quidem sunt causæ cur præsidio ejus consilia et vota Nostra summa spe committamus.

(1) Col. iv, 2.

Eximiae in nos caritatis Christi mysterium ex eo quoque luculenter proditur, quod moriens Matrem ille suam Joanni discipulo matrem voluit relictam, testamento memori : *Ecce filius tuus*. In Joanne autem, quod perpetuo sensit Ecclesia, designavit Christus personam humani generis, eorum in primis qui sibi fide adhærescerent : in qua sententia sanctus Anselmus Cantuariensis : *Quid, inquit, potest dignius æstimari, quam ut tu, Virgo, sis mater quorum Christus dignatur esse pater et frater* (1) ? Hujus igitur singularis muneris et laboriosi partes ea suscepit obiitque magnanima, consecratis in Cenaculo auspiciis. Christianæ gentis primitias jam tum sanctimonia exempli, auctoritate consilii, solatii suavitate, efficacitate sanctarum precum admirabiliter fovit : verissimè quidem mater Ecclesiæ atque magistra et regina Apostolorum, quibus largita etiam est de divinis oraculis quæ *conservabat in corde suo*. — Ad hæc vero dici vix potest quantum amplitudinis virtutisque tunc accesserit, quum ad fastigium cœlestis gloriæ quod dignitatem ejus claritatemque meritorum decebat, est apud Filium assumpta. Nam inde divino consilio sic illa cœpit advigilare Ecclesiæ, sic nobis adesse et favere mater, ut quæ sacramenti humanæ redemptionis patranda ministra fuerat, eadem gratiæ ex illo in omne tempus derivandæ esset pariter ministra, permissa ei pæne immensa potestate. Hinc recte admodum ad Mariam, velut nativo quodam impulsu adductæ, animæ christianæ feruntur; cum ipsa fidenter consilia, et opera, angores et gaudia communicant; curæque ac bonitati ejus se suaque omnia filiorum more commendant. Hinc rectissime delata ei in omni gente omnique ritu ampla præconia, suffragio crescentia sæculorum : inter multa, ipsam *Dominam nostram, Mediatricem nostram* (2), ipsam *reparatricem totius orbis* (3), ipsam *donorum Dei esse conciliatricem* (4). — Et quoniam munerum divinorum, quibus

(1) *Or.* XLVII, *olim* XLVI.

(2) S. Bernardus, *serm.* II *in advent. Domini*, n. 5.

(3) S. Tharadius, *or. in præsent. deip.*

(4) *In offic. græc.*, VIII *dec.*, θεοτεκνίου post oden IX.

homo supra naturæ ordinem perficitur ad æterna, fundamentum et caput est fides, ad hanc ideo assequendam salutariterque excolendam jure extollitur arcana quædam ejus actio, quæ *auctorem* edidit *fidei*, quæque ob fidem *beata* est salutata : *Nemo est, o sanctissima, qui Dei cognitione repletur, nisi per te; nemo est qui salvetur, nisi per te, o Deipara; nemo qui donum ex misericordia consequatur, nisi per te* (1). Neque is certe nimius certe videbitur qui affirmet, ejus maxime ductu auxilioque factum ut sapientia et instituta evangelica, per asperitates offensionesque immanes, progressionem tam celeri ad universitatem nationum pervaserint, novo ubique justitiæ et pacis ordine inducto. Quod quidem sancti Cyrilli Alexandrini animum et orationem permovit, ita Virginem alloquentis : *Per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt, ... per te crux pretiosa celebratur toto orbe et adoratur; ... per te fugantur dæmones, et homo ipse ad cælum revocatur; per te omnis creatura idolorum errore detenta conversa est ad agnitionem veritatis; per te fideles homines ad sanctum baptismum pervenerunt, atque Ecclesie sunt ubivis gentium fundatæ* (2). — Quin etiam *sceptrum orthodoxæ fidei*, prout idem collaudavit Doctor (3), præstitit illa vallavitque; quæ fuit ejus non intermissa cura ut fides catholica perstaret firma in populis atque integra et fecunda vigeret. Complura in hoc sunt satisque cognita monumenta rerum, miris præterea modis nonnunquam declarata. Quibus maxime temporibus locisque dolendum fuit, fidem vel socordia elanguisse vel peste nefaria errorum esse tentatam, magnæ Virginis succurrentis benignitas apparuit præsens. Ipsaque movente, roborante, viri extiterunt sanctitate clari et apostolico spiritu, qui conata retonderent improborum; qui animos ad christianæ vitæ pietatem reducerent et inflammarent. Unus multorum instar Dominicus est Gusmanus, qui utraque in re

(1) S. Germanus Constantin., *or. II in dormit. B. M. V.*

(2) *Homil. contra Nestorium.*

(3) *Ibid.*

elaboravit Marialis Rosarii confisus ope feliciter. Neque dubium cuiquam erit, quantum redundet in eandem Dei Genitricem de promeritis venerabilium Ecclesiæ Patrum et Doctorum, qui veritati catholicæ tuendæ vel illustrandæ operam tam egregiam dederunt. Ab ea namque, *Sapientiæ divinæ sede*, grato ipsi fatentur animo copiam consilii optimi sibi defluxisse scribentibus; ab ipsa propterea, non a se, nequitiam errorum esse devinctam. Denique et Principes et Pontifices Romani, custodes defensoresque fidei, alii sacris gerendis bellis, alii solemnibus decretis ferendis, divinæ Matris imploravere nomen, nunquam non præpotens ac propitium senserunt. — Quapropter non vere minus quam splendide Ecclesia et Patres gratulantur Mariæ : *Ave, os perpetuo eloquens Apostolorum, fidei stabile firmitermentum, propugnaculum Ecclesiæ immotum* (1); *Ave, per quam inter unius sanctæ catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ cives descripti sumus* (2); *Ave, fons divinitus scaturiens, e quo divinæ sapientiæ fluvii, purissimis ac limpidissimis orthodoxæ undis defluentes, errorum agmen dispellunt* (3); *Gaude, quia cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo* (4).

Ista quæ Virginis excelsæ fuit atque est pars magna in cursu, in præliis, in triumphis fidei catholicæ, divinum de illa consilium facit illustrius, magnamque in spem bonos debet omnes erigere, ad ea quæ nunc sunt in communibus votis. — Mariæ fidendum, Mariæ supplicandum! Ut enim christianas inter nationes una fidei professio concordēs habeat mentes, una perfectæ caritatis necessitudo copulet voluntates, hoc novum exoptatumque religionis decus, sane quam illa poterit virtute sua ad exitum maturare. Ecquid autem non velit efficere, ut gentes, quarum maximam conjunctionem Unigena suus impensissime a Patre flagitavit, quasque per unum ipse baptisma ad eandem hæredi-

(1) *Ex hymno græcor* Ἀζαριστος.

(2) S. Joann. Damasc., *or. Annunc. Dei genitricis*, n. 9.

(3) S. Germanus Constantinopol., *or. in Deiparæ præsentatione*, n. 14.

(4) *In officio B. M. V.*

tatem salutis, pretio immenso partam, vocavit, eo omnes in *admirabili ejus lumine* contendant unanimes? Ecquid non impendere ipsa velit bonitatis providentiæque, tum ut Ecclesiæ, Sponsæ Christi, diuturnos de hac re labores soletur, tum ut unitatis bonum perficiat in christiana familia, quæ suæ *Maternitatis* insignis est fructus? — Auspiciumque rei non longius eventuræ ea videtur confirmari opinione et fiducia quæ in animis piorum calescit, Mariam nimirum felix vinculum fore, cujus firma lenique vi, eorum omnium, quotquot ubique sunt, qui diligunt Christum, unus fratrum populus fiat, Vicario ejus in terris, Pontifici Romano, tanquam communi Patri obsequentium. Quo loco sponte revolat mens per Ecclesiæ fastos ad priscae unitatis nobilissima exempla, atque in memoria Concilii magni Ephesini libentior subsistit. Summa quippe consensus fidei et parsacrorum communio quæ Orientem atque Occidentem per id tempus tenebat, ibi enimvero singulari quadam et stabilitate valuisse et enituisse gloria visa est; quum Patribus dogma legitime sancientibus *sanctam Virginem esse Deiparam*, ejus facti nuncium a religiosissima civitate exultante manans, una eademque celeberrima lætitia totum christianum orbem complevit. — Quot igitur causis fiducia expetitarum rerum in potente ac perbenigna Virgine sustentatur et crescit, tot veluti stimulis acui oportet studium quod catholicis suademus in ea exoranda. Illi porro apud se reputent quam honestum hoc sit sibi que ipsis fructuosum, quam eidem Virgini acceptum gratumque certe futurum. Nam, compotes ut sunt unitatis fidei, ita declarant et hujus vim beneficii se magni pro merito facere et idem se velle sanctius custodire. Nec vero queunt præstantiore ullo modo fraternum erga dissidentes probare animum, quam si eis ad bonum recuperandum unum omnium maximum enixe subveniant. Quæ vero christiana fraternitatis affectio, in omni vicens Ecclesiæ memoria, præcipuam virtutem consuevit petere ex Deipara, tanquam faultrice optima pacis et unitatis. Eam sanctus Germanus Constantinopolitanus his vocibus orabat : *Christianorum memento, qui servi tui sunt : omnium preces*

commenda, spes omnium adjuva; tu fidem solida, tu ecclesias in unum conjunge (1). Sic adhuc est Græcorum ad eam obtestatio : *O purissima, cui datum accedere ad Filium tuum nullo metu repulsæ, tu eum exora, o sanctissima, ut mundo pacem impertiat et eandem ecclesiis omnibus mentem adspiret; atque omnes magnificabimus te* (2). — Huc propria quædam accedit causa quamobrem nobis, dissentientium nationum gratia comprecantibus, annuat Maria indulgentius : egregia scilicet quæ in ipsam fuerunt earum merita, in primisque orientalium. Hisce multum sane debetur de veneratione ejus propagata et aucta : in his commemorabiles dignitatis ejus assertores et vindices, potestate scriptisve gravissimi; laudatores ardore et suavitate eloqui insignes : *Dilectissimæ Deo imperatrices* (3), integerrimam Virginem imitatæ exemplo, munificentia prosecutæ, ædes ac basilicæ regali cultu excitatæ. — Adjicere unum libet quod non abest a re, et est Deiparæ sanctæ gloriosum. Ignorat nemo augustas ejus imagines ex oriente, variis temporum casibus, in occidentem maximeque in Italiam et in hanc Urbem complures fuisse advectas : quas et summa cum religione exceperunt patres magnificeque coluerunt, et æmula nepotes pietate habere student sacerrimas. Hoc in facto gestit animus nutum quemdam et gratiam agnoscere studiosissimæ matris. Significari enim videtur imagines eas perinde extare apud nostros, quasi testes temporum quibus christiana familia omnino una ubique cohærebat, et quasi communis hæreditatis cara pignora : earumdem propterea aspectu, velut ipsa Virgine submonente, ad hoc etiam invitari animos ut illorum pie meminerint quos Ecclesia catholica ad pristinam in complexu suo concordiam lætitiâque amantissime revocat.

Itaque permagnum unitatis christianæ præsidium divinitus oblatum est in Maria. Quod quidem, etsi non uno precationis

(1) *Or. hist. in dormit. Deiparæ.*

(2) *Men., V maii, ἑσπερινὸν post od. IX de S. Irene V. M.*

(3) *S. Cyrill. Alexandr. de fide ad Pulcheriam et sorores reginas.*

modo demereri licet, attamen instituto Rosarii optime id fieri uberrimeque arbitramur. Monuimus alias, non ultimum in ipso emolumentum inesse, ut prompta ratione et facili habeat christianus homo quo fidem suam alat et ab ignorantia tutetur errorisve periculo : id quod vel ipsæ Rosarii origines faciunt apertum. Jamvero hujusmodi quæ exercetur fides, sive precibus voce iterandis, sive potissimum contemplandis mente mysteriis, palam est quam prope ad Mariam referatur. Nam quoties ante illam supplices coronam sacram rite versamus, sic nostræ salutis admirabile opus commemorando repetimus, ut, quasi præsentire, ea explicata contuemur, quorum serie et effectu extitit illa simul Mater Dei, simul Mater nostra. Utriusque magnitudo dignitatis, utriusque ministerii fructus vivo in lumine apparent, si quis Mariam religiose consideret mysteria gaudii, doloris, gloriæ cum Filio sociantem. Inde profecto consequitur ut grati adversus illam amoris sensu animus exardescat, atque caduca omnia infra se habens, forti conetur proposito dignum se matre tanta beneficiisque ejus probare. Hac autem ipsa mysteriorum crebra fidelique recordatione quum ea non possit non jucundissime affici, et misericordia in homines, longe omnium matrum optima, non commoveri, idcirco diximus Rosarii precem peropportunam fore ut fratrum causam dissidentium apud ipsam oremus. Ad spiritualis maternitatis ejus officium proprie id attinet. Nam qui Christi sunt, eos Maria non peperit nec parere poterat, nisi in una fide unoque amore : numquid enim *divisus est Christus* (1)? Debemusque una omnes vitam Christi vivere, ut in uno eodemque corpore *fructificemus Deo* (2). Quotquot igitur ab ista unitate calamitas rerum funesta abduxit, illos oportet ut eadem mater, quæ perpetua sanctæ prolis fecunditate a Deo aucta est, rursus Christo quodammodo pariat. Hoc plane est, quod ipsa præstare vehementer optat; sertisque donata a nobis acceptissimæ precis, auxilia *vivificantis spiritus* abunde

(1) Cor. I, 13.

(2) Rom. VII, 4.

illis impetrabit. Qui, utinam miserentis matris voluntati obsecundare ne renuant, suæque consulentes saluti, boni audiant blandissime invitantem : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (1). — Tali Marialis Rosarii virtute perspecta, nonnulli fuerunt decessores Nostri qui singulares quasdam curas eo converterunt ut per orientales nationes dilataretur. In primis Eugenius IV, Constitutione *Advcsperascente*, anno data MCCCXXXIX, tum Innocentius XI et Clemens XI, quorum auctoritate privilegia ampla Ordini Prædicatorum, ejus rei gratia, sunt attributa. Neque fructus desiderati sunt, Sodalium ejusdem Ordinis contendente solertia, iique extant multiplici et clara memoria testati : quanquam quidem rei progressibus diuturnitas et adversitas temporum non parum deinde offecit. Hac vero ætate idem Rosarii colendi ardor quem initio excitatum laudavimus, similiter per eas regiones animis multorum incessit. Quod sane Nostris quantum respondet inceptis, tantum votis explendis perutile futurum speramus. — Conjungitur cum hac spe lætabile quoddam factum, æque Orientem attingens atque Occidentem, eisdemque plane congruens votis. Illud spectamus propositum, Venerabiles Fratres, quod in pernobilis Conventu Eucharistico, Hierosolymis acto, initium duxit, templi videlicet exædificandi in honorem Reginæ Sacratissimi Rosarii, idque Patræ in Achaia, non procul a locis ubi olim nomen christianum, ea auspice, eluxit. Ut enim a Concilio quod rei provehendæ curandoque operi probantibus Nobis constitutum est, perlibenter accepimus, jam plerique vestrum rogati collatitiam stipem omni diligentia in id submiserunt; etiam polliciti se deinceps non dissimiliter adfore usque ad operis perfectionem. Ex quo satis jam est consultum, ut ad molitionem quæ amplitudini rei conveniat, aggredi liceat : factaque est a Nobis potestas ut prope diem auspicalis templi lapis solemnibus cæremoniis ponatur. Stabit templum, nomine christiani populi, monumentum perennis gratiæ Adjutrici et Matri cælesti : quæ ibi et

(1) Gal. vi, 19.

latino et græco ritu assidue invocabitur, ut vetera beneficia novis usque velit præsentior cumulare.

Jam, Venerabiles Fratres, illuc unde egressa est Nostra redit hortatio. Eia, pastores gregesque omnes, ad præsidium magnæ Virginis, proximo præsertim mense, fiducia plena confugiant. Eam publice et privatim laude, prece, votis compellare concordēs ne desinant et obsecrare Matrem Dei et nostram : *Monstra te esse matrem !* Maternæ sit clementiæ ejus, familiam suam universam servare ab omni periculo incolumem, ad veri nominis prosperitatem adducere, præcipue in sancta unitate fundare. Ipsa catholicos cujusvis gentis benigna respiciat; et vinculis inter se caritatis obstrictos, alacriores faciat et constanter ad sustinendum religionis decus, quo simul bona maxima continentur civitatis. Respiciat vero benignissima dissidentes, nationes magnas atque illustres, animos nobiles officiique christiani memores; saluberrima in illis desideria conciliet et conciliata foveat eventuque perficiat. Eis qui dissident ex oriente, illa etiam valeat tam effusa quam profitentur erga ipsam religio, tamque multa in ejus gloriam et præclara facta majorum. Eis qui dissident ex occidente, valeat beneficentissimi patrocini memoria, quo ipsa pietatem in se omnium ordinum, per ætates multas eximiam, et probavit et muneravit. Utrisque et ceteris, ubicumque sunt, valeat vox una supplex catholicarum gentium, et vox valeat Nostra, ad extremum spiritum clamans : *Monstra te esse matrem !*

Interea divinorum munerum auspicem benevolentiaque Nostræ testem, singulis vobis, cleroque ac populo vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die v Septembris anno MCCCXCV, Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.

LETTRE DE SA SAINTETÉ

AUX ARCHEVÊQUE ET ÈVÊQUES DE BELGIQUE.

*Venerabilibus Fratribus Petro Lamberto S. R. E. Cardinali
Goossens, archiepiscopo Mcchliniensi ceterisque Belgii
episcopis*

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Permoti Nos præcipua quadam in nationem vestram benevolentia, atque complurium rogatu civium adducti, peculiaries curas ad catholicos Belgas gravi in re convertimus. Plane intelligitis quo spectemus : ad causam nempe *socialem*, quæ ardentius inter ipsos agitata sic sollicitat animos, ut allevationem a Nobis curationemque exposcere videatur. Res ardua per se ipsam est, majoribusque apud vos difficultatibus implicita : ad eam tamen accedere non renuimus, qua maxime parte cum religione et cum officio muneris Nostri necessario cohæret. Nam in hoc pariter institutorum genere, documenta sapientiæ christianæ, accomodate ad tempora et mores, jam pridem Nobis placuit impertire. Gratumque est commemorare non exiguam bonorum segetem et singulis et civitatibus inde partam, eandemque spe præcipere in dies ampliozem. Etiam in catholicis Belgis, quorum sollertia ad hujusmodi instituta promovenda alacris in primis fuerat, fructus provenere ; non adeo tamen ut justæ expectationi, tam apta præsertim regione et gente, congruerent. Quidnam rei obstiterit, satis cognitum est. Quum enim ipsi, consiliis licet bonis impulsis, aliam alii de hisce rebus sentiendi

agendique rationem inierint, teneant; propterea factum, ut neque utilitatum expetita vis dimanare potuerit, neque catholicorum concordia integra permanere. — Hoc Nos ægre admodum ferimus dissensionis exemplum, novum quidem et male auspiciatum apud catholicos Belgas; qui felicitatis animorum ac frugiferæ conjunctionis præclara specimina omni tempore ediderunt. Scilicet, ut facta repetamus non longinquæ memoriæ, luculenter id patuit in ea quæstione quæ vocata est *scholaris*. Tunc enim cujusvis ordinis catholicos quum admirabilis quidam concentus voluntatum generosaque virtus et actiosa inter se devinxisset, ejus maxime beneficio concordia successit res, cum dignitate religionis et adolescentiæ salute.

Jamvero pro vestra prudentia, Venerabiles Fratres, videtis ipsi, quam periculosas in offensiones greges vestros, distractis in diversa animis, proclive sit publice et privatim delabi; videtis, quam mature oporteat laborantibus rebus mederi. Nos autem, ut probe novimus quo studio exardescitis restituendæ firmandæque concordia, vos potissimum ad hoc appellamus officium, tam gloriosum Episcopo et sanctum: cujus quidem certiore eventum vel ipsa suadet reverentia ampla quæ dignitati vestræ virtutique istic merito adhibetur. Quamobrem illud videtur optimum factum, vobisque vehementer commendatum volumus, ut simul in congressionem, quam proxime fieri possit, conveniatis. In ea, communicatis inter vos sententiis, licebit causam, quanta est, exploratius pleniusque cognoscere, ac meliora ad componendam præsidia deliberare. — Hæc enim causa non uno se modo recte considerantibus præbet. Attinet ea quidem ad bona externa, sed ad religionem moresque in primis attinet, atque etiam cum civili legum disciplina sponte copulatur; ut denique ad jura et officia omnium ordinum late pertineat. Evangelica porro justitiæ et caritatis principia a Nobis revocata, quum ad rem ipsam usumque vitæ transferuntur, multiplices privatorum rationes attingere necesse est. Huc accedunt quædam apud Belgas operum et industriæ, dominorum et opificum, omnino propriæ conditiones.

Sunt ista magni certe momenti consilii, in quibus iudicium elaboret ac diligentia vestra, Venerabiles Fratres; neque vero Nostra deesse vobis consilia in re præsentis sinemus. — Ita vobis, congressione peracta, minus operosum erit atque erit tutius, in vestra quemque diœcesi remedia et temperamenta pro hominibus locisque opportuna decernere. Quæ tamen ipsa sic a vobis dirigi, civibus idoneis adjuvantibus, oportebit, ut eo amplius valeant inter catholicos totius nationis communiter; ut videlicet catholicorum actio, iisdem profecta initiis, iisdemque viis, quoad fieri possit, deducta, explicetur ubique una, propterea et honestate præstet et robore vigeat et solidis redundet utilitatibus. Nequaquam vero id secundum vota fiet, nisi catholici, quod maximopere inculcavimus, propriis ipsorum opinionibus studiisque posthabitis, ea studeant unice impenseque velint quæcumque verius ad commune bonum conducere videantur. Hoc est, efficere ut religio honore præcellat suo, virtutemque diffundat insitam, rei quoque civili, domesticæ, œconomicæ mirifice salutarem : ut in auctoritatis publicæ libertatisque, christiano more, conciliatione, stet incolume a seditione regnum ac tranquillitate munitum : ut bona civitatis instituta, maxime adolescentium scholæ, in melius provehantur; meliusque sit commerciis atque artibus, ope præsertim societatum, quæ apud vos numerantur vario proposito multæ, quæque augeantur optabile est, modo religione auspice et faultrice. Neque illud est ultimum, efficere ut qua plane decet verecundia obtemperetur summis Dei consiliis, qui in communitate generis humani esse iussit classium disparitatem et quamdam inter ipsas ex amica conspiratione æquabilitatem : ita, neque opifices observantiam et fiduciam ullo modo exuant in patronos, neque ab his quidquam erga illos desit justæ bonitatis curæque, providæ. — His præcipuis rerum capitibus commune continetur bonum, cujus adeptioni danda opera est : hinc mortalis vitæ conditioni solandæ non vana fomenta suppetunt, ac merita parantur vitæ cælestis. Quam christianæ sapientiæ disciplinam si catholici studiosius adamare atque exemplo roborare suo insistant, illud etiam faci-

lius eveniet, quod est in spe, ut qui falsa opinione vel simulata rerum specie decepti, ab æquo rectoque deflexerant, tutelam et ductum Ecclesiæ quærant resipiscentes.

Nemo sane erit catholicus, æque religionis patriæque diligens, qui consultis prudentiæ vestræ non placide acquiescere velit pleneque obsequi : hoc penitus persuaso, optima quæque rerum incrementa, si sensim ac moderate inducta, tum vere ad stabilitatem fore majoremque esse in modum profutura. — Interea, quoniam incommodi quod dolemus ea gravitas est, quæ cunctationem remedii non patiatur, hoc ipsum a sedatione animorum ducimus inchoandum. Quapropter, Venerabiles Fratres, catholicos Nostro nomine hortemini et admoneatis velimus, ut jam nunc de rebus hujusmodi, sive per conciones sive per ephemerides similiave scripta, omni inter se controversia et disceptatione prorsus abstineant, eoque magis mutuæ parcant reprehensionem, neve ausint legitimæ potestatis judicium prævertere. Tum vero ad optatum rei exitum omnes unis animis et fraternis quam poterunt diligentiam et operam vobiscum conferre nitantur; præcedatque Clerus, ejus maxime est ad novitates opinionum se habere caute, mitigare religione et conciliare animos, de officiis christiani civis commonere.


Illustrem Belgarum gentem singulari Nos caritate et cura jam diu complectimur; vicissim ab ipsa, cujus in anima religio calet avita, obsequii pietatisque complura oblata sunt testimonia. Ista igitur hortamenta et jussa, quibus eundem animum libuit confirmare, minime dubium quin catholici filii Nostri eadem voluntate accepturi sint religiosissimeque perfecturi. Neque enim profecto id unquam committent, ut quando, ex diuturna suæ concordiae laude, eo religionis statu publice utuntur, quem sibi talem plus una natio exoptet, hunc ipsi deminuisse improvidi discordia sua et labefactasse videantur. At vero id potius conjunctissimi agent ut consilia viresque omnes adversus *Socialismi* pravitatem convertant, a quo mala et damna maxima impendere perspicuum est. Nihil siquidem ille cessat in religionem et in rem publicam turbulenter moliri; humana æque ac

divina miscere jura, atque evangelicæ providentiæ excidere beneficia quotidie contendit. Calamitatem tantam sæpenumero vox Nostra graviterque est persecuta; quod satis testantur præscripta et monita, quæ in Litteris ipsis *Rerum novarum* tribuimus. Itaque huc boni omnes, nullo partium discrimine, animos intendant oportet : ut nimirum pro christiana veritate, justitia, caritate legitime propugnantes, sacras Dei sustineant patriæque rationes, unde salus et felicitas publica efflorescit.

Quarum rerum fiduciam et expectationem æquum est consilio præcipue sollertiaque vestra Nos velle innixam; propterea larga vobis divinæ opis præsidia implorantes, Apostolicam benedictionem vobismetipsis et clero cujusque ac populo peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die x Julii anno MDCCCXCV Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.



S. CONGREGATIO CONCILII.

NOVARIEN.

FUNERUM.

Die 22 Junii 1895.

In plenariis Comitiis diei 27 Maii 1893, S. Congregationi a quodam parcho diœcesis Novariensis oblata fuit quæstio, scilicet : cuinam parochorum jus competeret associandi defunctorum cadavera quæ per viam ferream transvehuntur in civitatem, quæque a loco ubi hæc via consistit, vulgo *stazione*, ad publicum cœmeterium efferri debeant. Et placuit rescribere : *Quoad defunctos qui habebant domicilium in civitate, vocandum esse parochum respectivæ parochiæ : quoad ceteros audiantur in scriptis capitulum cathedralis ecclesiæ et parochi ejusdem civitatis.*

Ordinarius diœcesis, vestra jussa faciens, exquisito voto Capituli et parochorum urbanorum, eorum deductiones S. Congregationi remisit. Porro ex decem parochis, quot habentur in ea civitate, novem conveniunt cum Capitulo, cujus voti summa hæc est.

Observat Capitulum in primis ex ipso libello parochi contradicentis desumi quod hac super re non existant Novariæ veræ ac legitimæ consuetudines. Deinde adnotat nullum argumentum deduci posse ex transitu funeris cum pompa per territorium parœciæ, in quo sita est *statio* viæ ferreæ, tum quia hujusmodi transitus fit etiam necessario per territorium aliarum parœciarum ut cœmeterium peti possit, tum quia id nullo in pretio

Ce décret n'apporte qu'un seul changement aux dispositions précédemment prises : il élève la fête de l'Annonciation au rite double de première classe ; tout ce qu'il contient au surplus est un résumé de ce qui est contenu en divers décrets. Ainsi, par exemple, que la fête, transférée du Vendredi ou du Samedi Saint au Dimanche de Quasimodo, soit transférée « simul cum precepto, » ou comme le dit le décret « cum integra solemnitate ac feriatione ; » que, pour ce motif, elle l'emporte sur toute fête occurrente, même double de première classe et primaire ; c'est ce qui résulte des décrets de 1690 et de 1817, et même, à bien prendre les choses, de deux décrets de 1741 et de 1748. Les mêmes décrets assuraient à cette fête, transférée « sine præcepto, » la préférence sur toute fête transférée, même de première classe, mais non sur une fête de première classe occurrente ; et le décret du 14 Août 1894, en assimilant l'Annonciation à la fête secondaire du Sacré-Cœur transférée, lui donnait en outre la préférence sur une fête secondaire occurrente double de première classe. Cette fête, en cas de translation, n'a rien de plus aujourd'hui (1).

(1) Voir *Nouvelle Revue Théologique*, xix, p. 68-80 ; xxvi, pages 588, 592.

Faut-il nous arrêter à un détail qui concerne la translation au lundi de Quasimodo « cum integra solemnitate et feriatione? » Il est dit que cette translation sera « sine octava : » il est bien entendu que ce dernier point concerne la célébration de la fête dans l'Église universelle, où elle n'a pas d'octave en son jour propre ; mais rien n'est changé quant aux lieux dans lesquels la très sainte Vierge est honorée comme Patronne ou Titulaire dans le mystère de l'Incarnation ; rien n'est changé non plus pour les églises qui, en vertu d'un indult particulier, célèbrent, même en carême, la fête de l'Annonciation avec octave. Dans ces divers cas, la décision générale, prise le 25 Mars 1817 à la suite des demandes de Mgr l'Évêque de Tuy, est toujours en vigueur ; il nous suffira de la citer :

Octavam Annunciationis in iis tantum ecclesiis et locis quibus indultum est de ea fieri etiam in Quadragesima, vel in quibus hujusmodi Festum Tituli vel Principis Patronatus honore gaudet, juxta diversas occurrentias peragendam esse, quando idem Festum in Feriam secundam post Dominicam in Albis transfertur, ut sequitur : Si nimirum translatio fiat cum præcepto audiendi sacrum, integra Octava illud gaudere, ac si Feria illa secunda esset dies propria : si vero quoad chorum tantum, solius scilicet Officii translatio sit, nihil agendum de octava, nisi forte.. translatio occurrat infra octavam ; tunc quippe de ea Officium fieri Officium poterit iis tantum diebus, qui de octava supersunt, juxta generales Rubricas, prout decretum fuit die 14 Maii 1803 in una *Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Lusitanie* in resp. ad 1 (1).

Si nous revenons à l'élévation de la fête au rite double de première classe, le décret lui-même en donne la raison : c'est la solennité de la fête, constamment reconnue dans l'Église,

(1) S. R. C., *Decretum generale*, 25 Martii 1817 (Gardell., n. 4528).

parce que : « Dominicæ Incarnationis Mysterium tanquam ceterorum fundamentum Sacra Liturgia profitetur. » C'est la même raison qui a motivé les privilèges accordés à la fête quant à sa translation, ainsi que l'explique fort bien Mgr Fornici dans le *Votum* qui a amené le décret de 1817. Ce Prélat est même obligé de se poser et de résoudre une objection tirée de l'infériorité du rite donné jusqu'ici à l'Annonciation : il répond que autre chose est l'élévation du rite, autre la solennité d'une fête, que la seconde peut très bien exister sans la première, et ajoute que le rite double de seconde classe seulement a été attribué à l'Annonciation à cause des dimanches de carême que cette fête peut rencontrer : les dimanches de carême ont l'office, l'Annonciation garde sa solennité :

Festivitas Annunciationis inter solemnissima Ecclesiæ universalis festa est recensenda, quia spectata secundum se est Festum summæ dignitatis et lætitiæ, inter omnia quæ ad humanitatem Dei pertinent, eo quod in eo supremum beneficium Deus hominibus contulerit, et maximum omnium mirabilium operum fecit : unde habet Sanctus Cyrillus in exordio Orationis de Annunciatione : « Primum hoc memoriæ subjiciendum, festum hoc unum esse ex Dominicis festis, atque adeo primum, et prorsus venerandum, utpote quod pro ordine et digestionem rerum quæ in Evangeliiis de Christo prædicantur, sacrosanctum habeatur ; quippe in quo de Filii Dei e Cœlis descensu agatur. » Celebrandum propterea est ea majori solemnitate qua solemnitates Christi et Deiparæ celebrantur.

Nec mirum quod ritum tantum habeat duplicem secundæ classis ; hoc enim provide ab Ecclesia statutum fuit : stare etenim poterat *maxima sollemnitas absque extrinseca ritus celebritate*. Præcepta enim audiendi missam et vacandi operibus servilibus, et præceptum recitandi officium sunt duo præcepta divisibilia : unum spectat ad forum, aliud ad chorum ; primum adstringit

clerum et laicos, secundum afficit tantum clerum. Unum est ergo celebrare solemnitate alicujus festi, aliud officium recitare ejusdem solemnitatis; unde occurrens festum Annunciationis die 25 martii, ne perturbaret Dominicas Quadragesimæ diesque alios privilegiatos, *maximam suam solemnitatem retinuit in propria die, officio sub duplici secundæ classis recitato*. Celebratur propterea tanquam maxima solemnitas Annunciationis quacumque Dominica in Quadragesima occurrat, vel in Hebdomada Majori, vel Paschali, licet Officium secundæ classis transferatur vel in diem immediate sequentem, vel in feriam secundam post Dominicam in Albis. Et re quidem vera, qua de causa die 25 martii Sacerdotes, ministri sacri et reliqui de clero genuflectunt quando cantatur *Et incarnatus est*, licet Missa solemnitas dicatur vel de Dominica occurrente, vel Majoris Hebdomadæ, vel Paschalis, nisi ob celebrationem solemnitatis Mysteriorum Incarnationis? Qua causa Indulgentiæ concessæ pro Annunciationis festo, obtinentur eo die quo recurrit festum in foro, nec transferuntur quando celebratur hoc festum quoad chorum tantum, nisi quia maxima eo die celebratur solemnitas, et populus non multum attendens ad ipsum officium, sed ad id quod est publicum, majori devotione et confrequentia confluit ad hanc celebrandam fetivitatem festivo die quo cadit? Qua de causa tenentur omnes audire missam et vacare ab operibus servilibus, non eo die quo officium transfertur in choro, sed eo quo festivitas exolvitur? Qua de causa fieri potest de sancto ad libitum occurrente si celebretur tantum officium, et fieri nequit si celebretur etiam solemnitas (*12 febr. 1615, in una Ordinis Capuccinorum Gallicæ*), nisi quia intrinseca solemnitas Annunciationis non pari passu incedit cum extrinseca Officii recitatione? Qua de causa non licet in solemnitate Annunciationis celebrare in Oratoriis privatis et privilegiatis, nisi quia Annunciatio B. M. V., licet ejus Officium sit duplex secundæ classis, inter festa solemniora recensetur? Qua de causa jam prohibitum non est, quando jam celebrata solemnitate celebratur tantum Officium in choro, nisi quia aliud est celebrare solemnitatem, aliud recitare officium?

Festivitas ergo Annunciationis inter maximas solemnitates recensita, juribus gaudet et privilegiis quibus gaudent festa in Ecclesia solemniora.

De cette longue citation retenons seulement que la fête de l'Annonciation est des plus solennelles et a toujours été reconnue comme telle. Quant au reste de l'argumentation de Mgr Fornici, il est facile d'y répondre en ce qu'elle a de contraire au décret actuel. Il est très vrai que, autrefois, pour ne pas détourner les fidèles des sentiments de tristesse et de pénitence qu'inspire le carême, et du souvenir de la Passion de Notre-Seigneur, l'Église avait pour règle de ne pas placer de fêtes de Saints en carême. Mais on peut dire que depuis longtemps cette pratique a cessé. On trouve, en carême, un assez bon nombre de fêtes dans le calendrier de l'Église universelle; on en trouve davantage encore dans les calendriers particuliers; la fête de saint Joseph est double de première classe pour toute l'Église, et bien des églises ont d'autres fêtes du même rite qui peuvent tomber dans les dimanches de carême et en empêcher l'office. Il n'est donc pas étonnant que la S. Congrégation, après mûr examen, ait jugé à propos d'attribuer désormais à la fête de l'Annonciation le rite le plus élevé de la liturgie, auquel elle a droit par son caractère même.

II.

De l'usage de la lumière électrique dans les églises.

A Reverendissimis Locorum Ordinariis non semel postremis hisce annis exquisitum fuit, utrum in Ecclesiis adhiberi liceret lucem electricam tam ad dissipandas tenebras, quam ad pompam exteriorem augendam. Nuper vero Sacrorum Rituum Congregationi propositum fuit Dubium :

Utrum lux electrica adhiberi possit in Ecclesiis?

Quare Eminentissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum infrascripta die habitis, rescribendum censuerunt :

Ad cultum, negative. Ad depellendas autem tenebras Ecclesiasque splendidius illuminandas, affirmative; cauto tamen ne modus speciem præseferat theatralem.

Atque ita rescripserunt et servari mandarunt die 4 Junii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆFECTUS.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. Secretarius.

Cette décision est importante : elle fait disparaître toute difficulté sur la question théorique de l'éclairage ou de l'illumination des églises. Il faut désormais, nous semble-t-il, s'en tenir à la distinction qui a été souvent formulée entre l'autel et le reste de l'église, mais qui n'était appuyée par aucun décret formel ; en ce qui concerne l'église, le décret actuel ne vise que la lumière électrique, mais nous ne ferions pas difficulté de l'étendre par analogie aux bougies de stéarine, à l'éclairage au gaz, ou à l'huile. Voici donc comment nous entendrions désormais la règle.

1° Sur la table de l'autel ou au-dessus, les cierges de cire sont seuls permis. C'est l'avis des meilleurs liturgistes. Nous pouvons citer Bourbon : « Les lumières placées sur l'autel, même seulement sur les gradins, et aussi celles qui se trouvent au-dessus de l'autel, de quelque manière qu'elles soient disposées, soit suspendues, soit autrement soutenues, doivent être produites par de la cire véritable, non point par l'huile ni par toute autre substance, quels qu'en soient d'ailleurs les avantages (1). » De Conny s'exprime de même : « Pour l'autel, le gradin de l'autel, et les lustres suspendus au-dessus

(1) *Introduction aux Cérémonies romaines* 1^{re} partie, titre III.

de l'autel, les cierges de cire sont seuls permis (1). » De Herdt se prononce dans le même sens : « Notandum candelas non tantum in sacrificio missæ, sed etiam in expositione Sanctissimi Sacramenti, et generaliter omnes quæ supra mensam altaris vel eidem quomodocumque imminentes adhibentur, item illas quæ benedicuntur in Festo Purificationis B. M. V. atque cereum paschalem, ex cera esse debere (2). »

Tous ces auteurs citent, pour appuyer leur sentiment, un décret général de la S. Congrégation des Rites, provoqué par le Secrétaire de cette Congrégation pour corriger divers abus « contra rectam divini cultus disciplinam ; » nous citons les doutes VI et VII, qui seuls se rapportent à notre sujet :

VI. An toleranda vel eliminanda sit consuetudo, quæ in dies invalescit, superimponendi Sanctorum Reliquias pictasque Imagines Tabernaculo, in quo augustissimum Sacramentum asservatur, ita ut idem Tabernaculum pro basi inserviat ?

VII. An permitti possit ut ante præfatas Imagines in medio altari positas apponantur lumina ex oleo, quæ immineant mensæ, et ardeant etiam tempore sacrosancti missæ sacrificii.

RESP. — Ad VI. *Assertam consuetudinem tanquam abusum eliminandam omnino esse.*

Ad VII. *Negative in omnibus, nec lumina, nisi cerea, vel supra mensam altaris, vel eidem quomodocumque imminencia adhibeantur (3).*

Si la S. Congrégation s'est bornée à répondre au cas qui lui était soumis, comme le pensent quelques-uns, il est certain que cette décision prouve peu et qu'on ne saurait l'invoquer dans la question actuelle ; mais il faut bien considérer

(1) *Cérémonial Romain*, livre 1, chap. 6.

(2) *Sacræ Liturgiæ Praxis*, t. 1. n. 183, not. 1^o.

(3) S. R. C., *Decretum Generale*, 3 apr. 1821 (Gardell, n. 4578)

que le doute VII est lié au doute VI : on demande : « *Utrum permitti possit ut ante præfatas imagines...*, etc. » Or, la S. Congrégation a répondu au doute VI que l'apposition de reliques ou des tableaux visés était un abus « *OMNINO eliminandus*; » il nous semble donc que, si elle avait voulu restreindre sa réponse VII au cas visé dans la question, elle n'avait qu'à dire : *Provisum in primo*; elle pouvait encore s'arrêter après le mot *Negative*; tout était dit, sans que personne pût s'y tromper. Bien plus, la question était expressément restreinte aux *lampes* (*lumina ex oleo*); qui ne voit que la S. Congrégation a étendu sa réponse en ne permettant que les lumières de *cire* (*nec lumina nisi cerea*)? Il nous semble impossible que tout cela ne soit pas intentionnel; aussi croyons-nous que la S. Congrégation a voulu formuler la règle générale, et qu'elle a été bien comprise par Bourbon, De Conny, De Herdt et les autres liturgistes.

2° En dehors de l'autel, la décision rapportée en tête de cet article admet formellement l'usage de la lumière électrique pour éclairer ou mieux illuminer l'église. Nous ne faisons pas difficulté d'étendre la permission à toute autre lumière (gaz, huile, pétrole) employée dans les mêmes conditions. Du reste, les liturgistes enseignaient déjà cette doctrine; et, aux endroits cités plus haut, Bourbon, De Herdt, De Conny le disent formellement; nous nous abstenons de donner les textes, pour ne pas prolonger outre mesure notre article.

3° Faut-il étendre la tolérance accordée par la S. Congrégation à l'autel lui-même; en d'autres termes, quand les prescriptions liturgiques sont remplies, que le nombre de cierges voulu pour une fonction est allumé sur l'autel, peut-on, pour avoir une illumination plus belle, y placer des bougies de stéarine au lieu de cierges en cire? Nous savons qu'on le fait en bien des églises, sinon en toutes, dans nos contrées : le fait est là. Mais, en droit, nous ne

pensons pas que, jusqu'à présent, ce soit permis. Voici au juste où en est la question, au point de vue des décrets de la S. Congrégation des Rites.

Nos lecteurs connaissent le décret de 1821 ; nous ne faisons que le mentionner et nous reprenons la question à partir de cette époque. La coutume d'employer la stéarine a été bien des fois portée à la S. Congrégation des Rites ; elle le fut notamment en 1839 par Mgr l'Évêque de Marseille, en 1842 par des Évêques de Hongrie, et donna lieu à une discussion approfondie devant la S. Congrégation. Nous avons les *Vota* des deux Maîtres des Cérémonies Apostoliques qui furent appelés à donner leur sentiment, Mgr Ferrari et Mgr Corazza, et nous pouvons dire que la question discutée n'était pas du tout celle que nous traitons aujourd'hui. Il s'agissait bel et bien de savoir si on permettrait l'usage de la stéarine au lieu de la cire dans les fonctions liturgiques. Les deux consultants furent d'avis très différents. Tous deux exceptaient certaines fonctions dans lesquelles l'usage de la stéarine ne saurait être permis, parce que les prières liturgiques qui y sont faites ne peuvent s'appliquer à la stéarine ; Mgr Ferrari était au surplus d'avis que la S. Congrégation répondit à l'Évêque de Marseille : « Nihil nunc esse innovandum, et Episcopi sedulo invigilent ne pro ecclesiasticis functionibus candelæ adhibeantur, quæ licet ex cera ab apibus deprompta confectæ, aliqua iisdem sevi pars sit commixta. » Mgr Corazza, au contraire, conseillait de répondre : « Dilata et ad mentem, » et ajoutait : « Quæ mens esse deberet, ut scribatur Episcopo Massiliensi, quod, firmo omnino remanente usu candelarum in altaribus quocumque tempore et in iis functionibus, quæ proximius Eucharistiæ Sacramentum respiciunt vel pro quibus Ecclesia peculiare adhibet orationes in quibus mentio fit candelarum cerearum, prout die 2 Februarii et Sabbato Sancto in benedictione

cerei Paschalis, in reliquis ejusdem Episcopi prudentiæ et conscientiæ tribuitur et remittitur candelas stearicas, de quibus agitur, in sua Diœcesi pro nunc tolerare, dummodo novitas admirationem et scandalum non pariat. » La décision de la S. Congrégation fut plus sèche et plus brève; voici en quels termes elle est consignée dans Gardellini :

MASSILIEN.

Resolutionis Dubiorum super usu novarum candelarum ex *stearina* confectarum. Instantibus nonnullis Episcopis, permultisque Cereorum fabricatoribus, cum Revmo Episcopo Massilien, ac referente Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinale Cosimo de Corsi Ponente, rescriptum fuit: *Consulantur rubricæ.*

Die 16 Septembris 1843.

Mais, nous le répétons, on ne discuta pas, en 1843, s'il fallait autoriser les recteurs des églises à placer sur l'autel, en sus du nombre de cierges prescrits, des bougies de stéarine. Bien plus, on ne se demandait même pas s'il était permis de garnir des lustres de l'église avec des bougies; nous en avons pour preuve le *Votum* de Mgr Ferrari, qui prévoyait qu'on pourrait poser cette question dans l'avenir, et qui, tout en se montrant défavorable, concluait qu'il valait mieux laisser la question se produire que la prévenir: « Tandem quæri posset utrum tolerari possit usus *stearinæ*, cum aliquod festum extraordinario apparatu celebratur, pro iis luminibus quæ extra altaria accenduntur, ex. gr. pro lychnuchis pensilibus vulgo *lampadari*? Ego, ut dicam quod sentio, in contrariam abirem sententiam, tum quia adipis usus utcumque pro divino cultu induceretur, tum etiam quia ea candelarum pars residua facile postea adhiberetur etiam pro aliis functionibus, ne dicam pro missæ sacrificio. Cæterum expectandum mihi potius videtur ut hujusmodi dubium proponatur, et interim nihil esse addendum putarem. »

Ce que prévoyait Mgr Ferrari est tranché aujourd'hui : dès lors que l'on permet en dehors de l'autel l'usage de la lumière électrique, l'usage des bougies de stéarine est, a fortiori, permise. Mais il ne faut pas conclure de là que son emploi sur l'autel même, en sus des cierges requis, soit autorisé du même coup. Il y a encore sur ce point une réponse de la S. Congrégation, provoquée précisément par la décision rendue sur la question de Mgr l'Évêque de Marseille ; la voici (nous la citons, bien qu'elle ait déjà paru dans la *Revue* tome XIV, page 111) :

Reverendissime Domine.

Ad dubium a Te propositum, utrum scilicet decretum a S. Rituum Congregatione latum die 16 Septembris 1843 in eo sensu interpretari possit, ut servato numero cereorum ab Ecclesia præscripto, licitum sit adhibere candelas ex sebe præparato (gallice *stéarine*) ad augendam solemnitatem, an vero prorsus prohibeatur super altare quidquid non est ex cera ; Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii rescripsit : *Dilata*. Quapropter interea sub ejusmodi cereorum usu omnino abstinendum est.

Romæ, die 27 Julii 1878.

Tui studiosus

Pro Emo ac Revmo Dno Cardinali DOMINICO BARTOLINI,
S. R. C. PRÆF.
CAM. CARD. DI PIETRO EP. OSTIEN ET VELITERNEN.

Depuis 1878, nous pensons qu'on chercherait en vain un document qui ait modifié cette situation.

Il faut bien convenir que la pratique, au moins dans nos contrées, est bien différente des prescriptions du droit ; espérons qu'on insistera auprès du Saint-Siège, et que notre usage finira par être, sinon approuvé, au moins formellement toléré.

III.

WESTMONASTERIEN.

CONFIRMATIONIS CULTUS.

Hugonis Faringdon, Ricardi Whiting, Joannis Bechii, Rogerii James, Joannis Thorn, Gulieilmi Eynon, Joannis Rugg, et Hadriani Fortescue; et Servi Dei Thomæ Percy, in Anglia pro fide interemptorum.

Avitæ Anglorum Fidei et catholicæ Religioni faustissima illuxit dies vigesima nona decembris anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto, qua, per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis, Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII cultum confirmavit antiquiorum Angliæ Martyrum, qui ab anno 1535 ad 1583 pro Fide catholica et pro Romani Pontificis Primatu occubuerunt, eorum præsertim quorum passiones auctoritate Gregorii XIII Pontificis Maximi in templo Sanctissimæ Trinitatis de Urbe olim depictæ, anno 1584 cum privilegio ejusdem Pontificis et apposito titulo, ære cusæ sunt. Quum vero in prælaudato Decreto tantum quinquaginta quatuor Beati nominatim inscripti fuerint, Archiepiscopus Westmonasteriensis aliique Britanniæ Præsules, tum sua tum cleri plebisque fidelis vota depromentes, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro enixe efflagitarunt, ut Beatis jam recensitis eos etiam, quos cum illis una fides ac causa in extremo certamine sociaverat, per novum Decretum pari titulo atque honore decorandos adnumerare dignaretur, nimirum Venerabiles Dei Servos : Hugonem Faringdon, Ricardum Whiting, et Joannem Beche, Abbates Ordinis Sancti Benedicti, Rogerium James, Joannem Thorn, Gulieilmum Eynon et Joannem Rugg, Monachos ejusdem Ordinis : nec non Servum Dei Thomam Percy, comitem Northumbriensem, qui oblatos cum vita honores, si modo descisceret a fide, martyrio fortiter posthabuit. Asserebant enim ex certis firmisque argumentis in medium prolatis constare hos omnes in vera Christi Ecclesia edoctos : *Quæ sint Cæsaris, Cæsari, et quæ Dei Deo*

esse reddenda, superna gratia et Apostolico exemplo roboratos, debitam ipsi Deo et non hominibus obedientiam una cum sanguinis effusione præstitisse, eodemque in sensu habendos esse ac ceteros Martyres Anglos, quorum cultus per enunciatum auspicatissimum Decretum ab Apostolica Sede recognitus ac probatus fuit. Quas humillimas preces iidem Sacrorum Antistites speciali quoque postulatione cumularunt rogantes ut prædictis Venerabilibus Servis Dei Ordinis S. Benedicti et perillustri Viro Servo Dei Thomæ Percy adjungi possit Venerabilis Hadrianus Fortescue Hierosolymitanus Eques, qui, ob constantem fidei catholicæ confessionem, capite plexus die 8 Julii 1539, ab eodem Sacro Ordine Militari et Insula Militensi antiqua ac publica religione præcipue colitur. Hanc porro Causam et discutendam una cum ordinario Processu in Anglia constructo aliis-que authenticis documentis ad rem pertinentibus, Sanctissimus Dominus Noster peculiari cœtui aliquorum S. R. E. Cardinalium, nec non Prælatorum Officialium Sacrorum Rituum Congregationis, nuperrime conformato ac renovato, benigne commisit; prævia exegesi per R. P. D. Augustinum Caprara, S. Fidei Promotorem, exaranda. Quo Cœtu in particulari Congregatione die vii vertentis mensis et anni ad Vaticanum coadunato, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Angelus Bianchi, Episcopus Prænestinus et Causæ Relator, sequens proposuit Dubium : *An propter peculiariora romanorum pontificum ac ipsius Leonis PP. XIII indulta, relate ad antiquiores Angliæ martyres, qui ab anno 1535 ad 1583, pro fide catholica et pro romani pontificis in Ecclesia primatu mortem obierunt, constet de casu excepto a decretis sa. me. Urbani PP. VIII in casu, et ad effectum de quo agitur?* Emi porro ac Rmi Patres una cum Prælatibus Officialibus, audito scripto et voce præfato S. Fidei Promotore, reque accurate discussa ac perpensa quoad novem recensitos Martyres, respondendum censuerunt : *Affirmative, seu constare de casu excepto*. Super quibus omnibus, facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni PP. XIII per me infra-scriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Præ-

fectum, fidei relatione, idem Sanctissimus Dominus Noster sententiam Sacræ Congregationis particularis approbare dignatus est, die 13 Maii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. Secr.

La *Revue* a publié dans son XIX^e volume, page 161, le décret du 29 décembre 1886; elle devait publier celui-ci, qui en est comme l'extension. Nous n'avons, du reste, rien à ajouter au commentaire que nous avons donné alors; nos lecteurs n'ont qu'à s'y reporter pour constater qu'il s'agit du cas excepté « propter Romanorum Pontificum indulta. »

IV.

ORDINIS CAPUCCINORUM PROVINCIÆ HOLLANDICÆ.

R. P. Albertus a Drunen, Minister Provincialis Ordinis Capuccinorum Provinciæ Hollandicæ, humiliter S. Rituum Congregationem supplicavit pro declaratione infrascriptorum Dubiorum :

I. Decreto S. Rituum Congregationis 12 Julii 1889, in RUREMUNDEN, ad Dubium IV declaratum fuit, Rubricam ultimo reformatam, qua præscribitur de Sanctis Sociis Patroni vel Titularis nihil fieri, si descripti sint sub officio duplici minori, non tamen alicujus Ecclesiæ Doctoris, vel semiduplici, non esse retroactivam, ideoque officium de iis adhuc hodie agendum esse uti olim fieri debebat. Hinc quæritur, num post revisionem novi Calendarii Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum, a S. Rituum Congregatione die 27 Augusti 1893 approbati, de Sanctis Sociis Patroni seu Titularis Officium etiam nunc, uti antea, a Nostratibus agendum sit, præsertim cum dies, quibus præfati Socii antea affixi erant, hodie non amplius in dicto Calendario novo liberi inveniantur?

II. Regulares, qui Calendarium proprium habent et jam cele-

brant Dédicationem omnium Ecclesiarum Ordinis, tenentur celebrare in regione Hollandica, sub ritu Duplici primæ classis cum octava, Dédicationem omnium Ecclesiarum Regni Dominica immediate sequenti octavam Festivitatæ Omnium Sanctorum, uti in Gallia et Belgio, vel potius Dédicationem omnium Ecclesiarum respectivæ Diœceseos, ubi hæc Dedicatio alia die, qua anniversarium Dédicationis Ecclesiæ Cathedralis, celebratur?

III. Ex antiquissima consuetudine et ex Apostolicis indultis, prouti etiam ex antiquis et recentioribus Breviariis Ordinis Capuccinorum constat, Fratres Minores ejusdem Ordinis, etiam tempore Quadragesimæ et Adventus, diebus non impeditis, recitant sub ritu semiduplici officia votiva Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in sabbatis, et S. Francisci et S. Claræ Assisiensis, semel in mense; quæritur, utrum hujusmodi privilegium extendatur sive ad ferias temporis Passionis et ad ferias Adventus, quæ a die 17 usque ad 24 Decembris decurrunt, sive ad vigiliis et ad Quatuor Tempora, quocumque anni tempore occurrentia?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, exposito voto alterius ex Apostolicarum cæremoniarnum Magistris, omnibusque maturo examine perpensis, respondendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Regularcs in casu tantummodo celebrent Anniversarium Dédicationis omnium Ecclesiarum Ordinis, die statuta; et Dédicationis Cathedralis Ecclesiæ, si degunt in civitate episcopali, sub ritu duplici secundæ classis sine octava.*

Ad III. *Negative in omnibus.*

Et ita declaravit.

Die 22 Junii 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Nous nous contenterons d'ajouter quelques remarques à l'occasion de ce Décret. Et d'abord : I. Les *Ephemerides*

liturgicæ de Rome émettent un doute sur l'authenticité du Décret de 1889 (1). Or, voici le texte original qui nous est communiqué par ceux à qui il a été envoyé officiellement :

IV. In ecclesia parochiali sub titulo S. Sebastiani Mart. Festum S. Fabiani Papæ, hujus S. Patroni socii, olim fixe translatum fuit, probante Episcopo, ad primam diem liberam insequentem, scilicet 13 Februarii, juxta Rubricas antiquas; in Rubricis vero reformatis eodem loco de hujusmodi Patroni sociis nunc legitur : « De eis nihil fit. » Hinc quæritur num in ista ecclesia officium S. Fabiani Papæ et Mart. in posterum sit prorsus omittendum ; an potius officium hoc etiamnum sit agendum ritu scilicet semiduplici, uti olim fieri debebat?

S. Congregatio, etc. Ad IV. *Negative ad primum ; affirmative ad secundum.* Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 12 Julii 1889.

Le Docteur Piacenza, le seul, à notre connaissance, qui ait expressément traité la question, et émis l'opinion qu'on ne devait pas donner un effet rétroactif à la nouvelle Rubrique, s'objecte la décision de la S. Congrégation des Rites, du 28 Mai 1886 (2), et ajoute :

Hisce non obstantibus, si liceat sententiam nostram proferre, arbitramur, hic locum esse distinctionis. Scilicet, si agatur de ecclesia, quæ nullam revisionem ac correctionem proprii Calendarii ab Apostolica Sede obtinuit, post Brevis *Nullò unquam* (3) promulgationem, nihil innovandum putamus, et de SS. Sociis Titularis officium agendum est ut antea. Etenim clare non constat S. R. C. talem immutationem in Calendariis, prouti erant in usu,

(1) « Utrum decretum præfatum editum fuerit, nobis non constat. » Tom. iv, pag. 269.

(2) On la trouve dans le *Monitore ecclesiastico*, Tom. iv, part. II, pag. 223. — C'est à tort que Piacenza lui assigne la date de 1866.

(3) Nous avons publié ce Bref, dans notre Tome XIV, pag. 314.

inducere voluisse. Si vero agatur de ecclesia, quæ novam revisionem ac correctionem proprii Calendarii a S. Sede nuper obtinuit post dicti Brevis promulgationem (excepto speciali indulto), nil de illis agendum est (1).

Le Décret du 24 Juin dernier donne raison au Docteur Piacenza.

II. La réponse au second doute est conforme aux précédents de la S. Congrégation (2). Toutefois, il se présentait pour la Hollande une difficulté particulière. D'après une décision de la S. Congrégation des Rites du 4 Janvier 1877, les Religieux qui habitent la France et la Belgique sont tenus de célébrer la dédicace de toutes les églises du diocèse, quoiqu'ils célèbrent sous le rite de première classe avec octave la dédicace de toutes les églises de leur Ordre (3); et cela en vertu de l'indult de Caprara, de 1802. Or, à ce moment, la Hollande faisait partie de l'empire français; il semble donc que la décision du 4 Janvier 1877 devrait lui être applicable.

Remarquons cependant qu'un indult de Pie IX, en date du 7 Septembre 1856, a changé pour l'Archidiocèse d'Utrecht, et les diocèses de Bois-le-Duc et de Bréda, les jours où l'on doit faire la dédicace de toutes les églises du diocèse, et la dédicace de l'église cathédrale. Il a ainsi pour la Hollande abrogé cette partie de l'indult du Cardinal Caprara; et dès lors la réponse devait être, comme elle l'est, conforme aux principes antérieurement formulés par la S. Congrégation.

III. Quant au troisième doute, qui ne présente aucune difficulté, nous ferons seulement remarquer que la réponse est aussi applicable au cas, où, d'après les Rubriques, il y

(1) *Ephemerides Liturgicæ*, Tom. 1, pag. 178.

(2) 1 April 1662 (Gard. 2159, 1, 366); 19 Sept. 1750 (Gard. 4211, II, 429).

(3) Voir cette décision dans la *Revue*, Tom. x, pag. 411, Dub. III.

aurait lieu de réciter à l'un de ces jours, l'office d'un dimanche anticipé. Cela suit de la décision de la S. Congrégation des Rites du 5 Février 1895 (1).

V.

*Vingt-cinquième anniversaire du Décret
qui déclare saint Joseph Patron de l'Église universelle.*

Le Décret de la S. Congrégation des Rites qui déclare S. Joseph Patron de l'Église universelle est du 8 Décembre 1870, et le Bref de Pie IX sur le même sujet du 7 Juillet 1871 (2); le Président du Comité institué à Rome pour fêter le vingt-cinquième anniversaire de ce Décret a sollicité la faveur d'une messe solennelle du Saint Patriarche, non pas le 8 Décembre, consacré à la fête de l'Immaculée-Conception, mais le 15, jour octave de cette fête, auquel tombe cette année le troisième dimanche de l'Avent. Nous empruntons ce Décret aux *Ephemerides liturgicæ*, et aussi l'entête dont il est accompagné, parce que, sans lui, on ne comprendrait pas suffisamment une des conditions du Rescrit.

NUNCIUM.

Rmus Dom. Dom. Valerianus Sebastiani ex Prælatiſ Romaniſ, qui *comitatui* præeſt pro feſtiſ jubilaribuſ S. Joſeph Eccleſiæ catholicæ Patroni in Urbe inſtituto, a Summo Pontifice Leone XIII benedicto, ſub protectione et directione Emi Card. Parocchi Sanctitatiſ Sux vices agentis, ab Eadem Sanctitate Sua humiliter poſtulavit : ut Dominica tertia Adventuſ vertentiſ anni, quinto ac vigesimo redeunte, a primo quo inclytuſ Patriarcha totiuſ catholici orbis declaratuſ fuit Patronuſ,

(1) Voir ci-dessus, pag. 263, Dub. 1.

(2) Voir *Nouv. Revue Théol.*, III, pages 136 et 490.

solemnia Missarum in ipsius honorem decantari possent in omnibus ecclesiis, in quibus antea aliqua præmittatur per analogas preces præparatio. Hæc autem consistit in aliquibus piis exercitiis, aut per septem hebdomadas continuatis in singulis quartis feriis uniuscujusque hebdomadæ, aut per sacrum novendiale, aut saltem per solemne triduum. Petiit insuper prædictus Orator, ut in omnibus Missis privatis, quæ in omnibus singulisque ecclesiis celebrantur, fieri possit eadem Dominica S. dicti Patroni commemoratio.

Supplici libello sequenti Decreto responsum est.

URBIS ET ORBIS.

SSmus Dominus Noster has preces ab infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario relatas et amplissimo commendationis officio Emi et Rmi Domini Cardinalis in Urbe Vicarii communitas peramanter excipiens, benigne indulgere dignatus est :

I. Ut Dominica tertia sacri Adventus, hoc anno tantum, in cunctis Urbis et Orbis Ecclesiis, ubi pia exercitia in precibus enunciata peragentur, unica Missa votiva solemnis de Patrocinio S. Joseph, Deiparæ Virginis Sponsi, cum *Gloria et Credo* cantari valeat; dummodo non occurrat Duplex primæ classis, neque omittatur Missa conventualis aut parochialis Officio diei respondens, ubi onus adsit eam celebrandi.

II. Ut memorata Dominica in singulis Missis lectis ubique terrarum, non occurrente Duplici primæ classis, addatur commemoratio ejusdem S. Joseph per Orationes ex Missa Patrocinii desumptas, servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 Augusti 1895.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆFECTUS.
ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

Ce Rescrit renferme donc deux privilèges bien distincts; un mot seulement sur chacun d'eux.

Messe solennelle du Patronage de S. Joseph. — Cette messe n'est permise que dans les églises où l'on aura fait auparavant des exercices préparatoires en l'honneur de S. Joseph. Ces exercices ne sont pas désignés dans le rescrit ; si l'en-tête des *Ephemerides* est exact, et nous n'avons aucune raison d'en douter, il faut ou bien des exercices de piété commençant le mercredi 30 Octobre et répétés tous les mercredis jusqu'au 11 Décembre inclusivement, ou bien une neuvaine, au moins un triduum. C'est sous cette condition seulement que la messe est permise.

Une seconde condition est imposée : c'est qu'il ne se trouve pas, dans une église particulière, un office double de première classe ce jour-là. Nos lecteurs savent, par nos articles précédents sur ces messes, que cette condition est toujours insérée dans les rescrits.

Enfin, une troisième condition, qui se trouve aussi dans un bon nombre de rescrits, c'est que le chant de cette messe solennelle ne fera pas omettre la messe conventuelle ou la messe paroissiale conforme à l'office du jour, dans les églises où ces messes sont obligatoires.

Si ces trois conditions sont remplies, la messe peut être célébrée. Le rescrit lui-même indique la messe qu'il faut chanter : c'est la messe du Patronage de S. Joseph (3^e dimanche après Pâques), et non celle du 19 Mars. C'est encore le rescrit qui déclare qu'il faut dire *Gloria* et *Credo* ; il ne peut donc y avoir aucune difficulté sous ce rapport.

Quant à la question des oraisons, il faut la résoudre d'après ce que nous avons dit dans l'article auquel nous avons déjà fait allusion. Là où la messe conventuelle (ou paroissiale) conforme à l'office du jour a été chantée, la messe du Patronage de S. Joseph n'aura qu'une oraison. Dans les églises qui ne sont tenues ni à la messe conventuelle ni à la messe paroissiale, si la messe du Patronage

de S. Joseph est seule chantée, on y fera mémoire du 3^e dimanche de l'Avent et de l'octave de l'Immaculée-Conception.

On suivra, en ce qui concerne la Préface, la règle ordinaire. La fête du Patronage de S. Joseph n'a pas de Préface propre; dès lors, d'après la Rubrique, « dicitur missa de Tempore, vel Octava, infra quam contigerit hujusmodi missas celebrari » : on dira donc la Préface de la très sainte Vierge avec les mots : *Et te in Conceptione Immaculata.*

On dira *Ite missa est*, puisque la *Gloria* a été chanté. Enfin on prendra l'Évangile *In principio*, suivant la règle des messes votives, toutes les fois que l'on aura chanté une messe conforme à l'office du jour. Mais si une messe conforme à l'office du jour n'a pas été chantée, on a dû faire mémoire du dimanche; alors on suivra la décision donnée IN NAMURCEN, le 26 Novembre 1886, pour les messes des solennités transférées (1) et on dira l'Évangile du dimanche.

Mémoire du Patronage de S. Joseph. — Il n'en est pas de cette mémoire comme de la messe solennelle; elle est permise dans toutes les églises sans aucune exception. Mais elle n'est permise qu'*aux messes privées*.

Ici encore, le rescrit lui-même précise les oraisons à dire; ce sont les oraisons de la messe du Patronage de S. Joseph. Cette mémoire se place en dernier lieu, après les oraisons prescrites par la Rubrique, par conséquent après la mémoire de l'octave de l'Immaculée-Conception.

(1) Voir *Nouv. Rev. Théol.*, XIX, p. 22.



S. PŒNITENTIARIA APOSTOLICA.

*De l'approbation par l'Ordinaire
de statuts qui ne contiennent rien de religieux.*

Beatissime Pater,

Subscriptus Episcopus Neo-Castren, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, Sanctitatem Vestram humillime rogat ut sequens dubium solvere dignetur :

Existunt in hac diœcesi nonnullæ opificum Societates a Gubernio recognitæ, quarum Statuta ab ecclesiastica potestate haud approbata fuere. Nunc vero, ad finem ut earum vexilla, nationalibus coloribus intexta, benedici possint, præfata Statuta, in quibus etsi nihil contra religionem et bonos mores notetur censura dignum, nullum tamen de Deo ac de catholica Fide invenitur verbum, Ordinario loci pro approbatione deferunt.

Hoc in casu, potestne Ordinarius, et quibus sub conditionibus, hujusmodi Statuta approbare?

Neocastri, die 4 Junii 1893.

Humillimus et addictissimus

DOMINICUS MARIA VALENSIS EPUS.

Sacra Pœnitentiaria, mature consideratis expositis, Venerabili in Christo Patri Episcopo oratori respondet :

Cum juxta exposita nihil sacri ac religiosi habeatur in statutis, idem Episcopus absteineat ab eis approbandis.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria, die 14 Junii 1893.

N. AVERARDIUS, S. P. Reg.

A. C. MARTINI, S. P. Secretarius.

Évidemment ce recours à la S. Pénitencerie a pour cause la décision rendue par le S. Office sur la bénédiction des bannières ou étendards : - Non esse benedicenda vexilla, nisi earum Societatum, quarum Statuta auctoritate ecclesiastica approbata fuerint, ab eaque aliquo modo dependeant, et aliquod religionis signum, nullum autem emblemata reprobandum, præseferant. → Cette décision est du 3 Septembre 1887, et la *Revue* l'a publiée dans son xx^e volume, page 23.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES QUESTIONS DE MORALE.*Suite (1).*

VIII.**De pueris ad communionem primo admittendis.****CASUS.**

Titius sacerdos jam ab anno confessiones excipit Caii pueri novennis, perspicaci ingenio morumque innocentia commendabilis. Hunc fidei rudimentis rite imbutum et Eucharistiæ percipiendæ percupidum Titius, habito prius parentum consensu, ad parochum ducit, ut eum, prævio examine, ad primam communionem admittat. Renuit tamen parochus, eo quod Caius legitimam ætatem nondum sit assecutus. Ipse enim in more habet, pueros ad primam communionem non admittere, nisi saltem duodecim attigerint annos, innixus, ut ipse ait, tum ceterorum parochorum communi præxi, tum etiam ipsius rei congruentiæ. Cujus congruentiæ duplicem rationem affert, nempe *a*) propter majorem tanti sacramenti reverentiam, tum *b*) propter uberiores percipientis fructum.

At Titius parvipendens rationes a parochus allatas, urgente communionis paschalis præcepto, ipso Paschatis die, Eucharistiam Caio administrat.

Quod ut rescit parochus, ad Episcopum recursum habet contra

(1) Voir plus haut, pages 68, 177, 269, 392 et seq.

Titium, quasi hic privativum jus parochorum usurpaverit. Episcopus autem totius rei certior factus secum quærit :

1° *Quandonam pueri ad annos discretionis pervenire censeantur, ut communicare debeant; et quænam discretio in rem præsentem sit exigenda?*

2° *An pueros ad primam communionem admittere pertineat exclusive ad parochum?*

3° *Quid judicandum de Titii et parochi agendi ratione, prout in casu?*

RESPONSIO.

Hujus casus solutio lectoribus horum libellorum periodicorum satis nota est; siquidem hæc ipsa res in causa Anneciensi a S. C. C. diu discussa satis fuse communicata est tom. XXI, pag. 20.

Paucis igitur licet contrahere, quæ respondeant ipsis quæstionibus hic propositis.

QUÆSTIO PRIMA.

Quandonam pueri ad annos discretionis pervenire censeantur, ut communicare debeant; et quænam discretio in rem præsentem sit exigenda?

R. I. S. Alphonsus lib. 6, n. 301, clare et aperte distinguit tempus, quo S. Eucharistia pueris dari *possit*, et tempus quo dari *debeat*, atque in solo periculo mortis statim post ætatem usus rationis cum *aliquali* cognitione SSi Sacramenti non solum dari posse, sed etiam debere dicit. Unde apparet, S. Doctorem non requirere, ut dari possit S. Eucharistia, perfectam cognitionem vel completam in doctrinis fidei instructionem. Imo non obscure approbat, quod censent post S. Thomam Aq., Suárez, Soto, Laymann, Castropalaus, Lacroix : “ esto pueri non teneantur communicare statim post adeptum usum rationis, non tamen prohibentur

ad Eucharistiam accedere, semper ac sciant distinguere hunc cœlestem cibum a profano; » verba scilicet S. Thomæ (*Summa theol.*, 3, q. 80, a. 9, ad 3) sunt hæc : « Sed quando jam pueri incipiunt aliqualem usum rationis habere, ut possint devotionem concipere hujus sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri. » Hæc quidem, nisi graves rationes externæ obstant.

R. 2. *Exigenda* igitur *per se* non est discretio tanta quæ perfectam secum ferat institutionem christianam, sed sufficit aliqualis; major tamen eaque pro diversis temporibus et circumstantiis diversa *potest attendi*. Audiatur S. Alph., *l. c.* « Communis usus Ecclesiæ sic interpretavit obligationem hujus præcepti, ut pueri cum majore reverentia et fructu Eucharistiam suscipiant;... nam anni discretionis intelligendi sunt respective ad rationem materiæ. »

R. 3. Si quæritur, quo ætatis anno hæc recipiendæ, resp. dandæ Eucharistiæ obligatio incipiat : dici debet, Ecclesiam nunquam approbasse legem, qua certa et definita ætas pro omnibus statuatur, quum alii citius, alii tardius illam discretionem attingant.

Audiatur 1° S. Alphonsus, *l. c.* « Communiter dicunt Doctores, *regulariter loquendo*, pueros non obligari ante nonum vel decimum annum, neque differendam eis esse Communionem ultra duodecimum, vel saltem decimum quartum... Dictum est *regulariter*, nam ut advertunt auctores, citius possunt obligari pueri, qui ante talem ætatem perspicaciores conspiciuntur. Unde recte reprehendit Roncaglia parochos, qui indiscriminatim non admittunt ad Communionem, nisi pueros in certa ætate constitutos. »

2° Concilium prov. Albiense, anno 1850, decrevit tit. v, decr. v : « Parochis præcipimus, ut speciali cura pueris invigilent, eos assidue edoceant et debite disponant, quo maturius sacram. mensam adire possint, ea scilicet ætate,

qua discernere valent Corpus Domini et qua nondum vitiis fœdati, innocentiam quam plurimum retinent. Ætas hæc communiter *inter decimum et duodecimum annum* versatur. » (*Collect. Conc. Lacens.*, vol. iv, col. 433.)

3° Concilium Tolosanum provinciale anni 1850, decr. 72 (tit. III, c. 1), statuit : « Quantocius ad primam hujus sacramenti perceptionem admittantur pueri, quos congrua pietate et sufficienti mysteriorum fidei scientia præditos judicaverint parochi vel confessarii. » (*Collect. Conc. Lacens.*, v. iv, col. 1054.)

4° Concilium provinc. Auscitanum anni 1851 : « Quamvis nullam absolute assignemus ætatem admissionis ad sacrum convivium, quum discretionis dispositionumque potius quam ætatis habenda sit ratio, caveant tamen animarum rectores, ne incuria sua tardius differatur prima Communio, qua impetui libidinum occurrere expedit. » (Tit. III, c. I, § 3, n. LXXXI, v. *Coll. Conc. Lacens.*, vol. iv, col. 1186.)

5° Quum Concilium Rothomag. statuere vellet, « ut nemo admittatur, quin duodecimum saltem annum attigerit. » (v. *Acta S. Sedis*, vol. XXI, p. 245), S. C. C. id emendans notavit, « nulla lege canonica sancitum esse, ne Communio ministretur pueris ante duodecimum annum; hinc satius esse dicere ad formam tam Ritualis Romani, quam Catechismi Romani ad parochos jussu Concilii Tridentini editi : « Nemo ad sacramentum Eucharistiæ prima vice suscipiendum admittatur, qui nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habeat, judicio præsertim parochi ac sacerdotis, cui peccata puer confitetur. Meminerint autem parochi, se pueris, quos rite dispositos invenerint, diutius denegare non posse panem illum supersubstantialem, qui est animæ vita et perpetua sanitas mentis » : sicut nunc legitur decr. xv, 2. (*Coll. Lac. l. c.*, col. 527.)

R. 4. Quoniam instructio, quæ per se requiritur, atque

ea, quæ attendi potest, magna aliqua latitudine inter se differunt, externæ rationes parochum sane determinare possunt, cur aliquantulum magis differat primam puerorum Communionem. Nimirum si ex una parte pro futura vita necessaria est fidelibus plenior rerum christianarum cognitio, ex altera parte difficile sit post primam Communionem pueros ad instructiones doctrinæ christianæ colligere et adigere : hæc est ratio, cur ante admissionem ad S. Communionem plenior exigatur in religione institutio.

E contrario autem, si primis jam annis pueris imminet periculum, ne corrumpantur pravisque moribus imbuantur, hæc ratio urgens est, ut, antequam innocentiam amiserint, hoc cœlesti pane confortentur atque tentationibus periculisque superiores reddantur.

QUÆSTIO SECUNDA.

An pueros ad primam Communionem admittere pertineat exclusive ad parochum?

R. 1. Solemniter vel publico modo pueros ad primam Communionem ducere sine dubio res est, quæ exclusive ad parochum vel rectorem ecclesiæ pertinet, ita ut aliis ex ejus venia tantum hæc agere liceat. Sic autem ad parochum pertinet, ut ille hac in re pendeat omnino a suo Ordinario. Id omnino patet ex decisione in causa Anneciensi. Nam decretum Episcopi, qui prohibuerat, ne quis ante annos 12 completos ad S. Communionem admitteretur, confirmatum quidem est, sed eo sensu et *juxta eum modum*, ut *in solemnitate* primæ Communionis servari debeat decretum Episcopi, *possit* autem parochus ante eam ætatem pueris bene instructis S. Communionem præbere *privatim*.

R. 2. Etiam quatenus agitur de paschali Communione,

hæc quum in parochia fieri debeat, hac ratione parochus reservatur.

R. 3. Sed iudicium de capacitate accipiendæ S. Eucharistiæ competit quidem parochus, atque ita competit, ut ipsi incumbat *officium* pueros quantocius post usum rationis instruendi atque examinandi eorum capacitatem, ne diutius S. Eucharistia careant. Nihilominus non ita exclusive hoc iudicium ad parochum pertinet, ut non possit etiam alius sacerdos, imprimis confessarius, iudicare pueroque permittere, ut se mensæ eucharisticæ cum reliquis fidelibus sistat; quumque non sit obligatio, in sola parochiali ecclesia S. Eucharistiam sumere, non est ratio, cur puero, quem parochus repellat, qui igitur paschalem Communionem in ecclesia parochiali sumere nequeat, sed quem confessarius omnino aptum iudicet, S. Communio dari non possit in alia ecclesia vel sacello publico.

Ex his responsum fluit, quod sit dandum.

QUESTIONI TERTIÆ.

Quid iudicandum de Titii et parochi agendi ratione, prout in casu?

R. 1. Puer ille novennis per se jus habet ad sumendam S. Eucharistiam, quum non solum legitimam ætatem et sufficientem cognitionem habeat, sed ipse S. Eucharistiam desideret et petat. Recte autem egit Titius puerum ducens ad parochum, imo id facere debuit, quia primo parochi est, præbere illam S. Communionem, qua impleatur præceptum communionis paschalis: hanc autem conditionem *prima* Communio hic habuit atque sæpe habet.

R. 2. Parochus minus recte egit; rationes enim, cur Communionem neget, debiliores vel falsæ sunt. Nam 1) ætas novem annorum non est ex se insufficientis, 2) consuetudo solos pueros duodennes admittendi non est rationabilis,

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni PP. XIII per me infrascriptum S. Indicis Congregationis a secretis relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari præcepit. In quorum fidem..., etc.

Datum Romæ 30 Januarii 1893.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, PRÆF.

FR. HYACINTHUS FRATI O. P. a secretis.

Loco ✠ Sigilli.

Die 11 Februarii 1892 Ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

II.

Feria VI, die 10 Martii 1893.

Sacra Congregatio Eminentissimorum... (Ut supra) delegatorum mandavit et mandat in Indicem librorum prohibitorum referri quod sequitur Opus a S. Romanæ et Universalis Inquisitionis Congregatione damnatum atque proscriptum Decr., Fer. IV die 1 Martii 1893 :

C. MAGGIO. — *Pio IX accusato dai nemici di Rosmini.* — Piacenza, Tipografia F. Solari di Gregorio Tononi, 1892; *sub hoc etiam alio titulo* :

C. MAGGIO. — *Leone XIII si può accordare con Pio IX nella causa Rosminiana?* Alla venerata memoria di Antonio Stoppani. — Lecco, Tipografia del Commercio dei Fratelli Grassi, via Cavour, n. 15, 1893.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis prædictum Opus damnatum atque proscriptum... (Ut supra).

Datum Romæ die 10 Martii 1893.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, PRÆF.

FR. HYACINTHUS FRATI, O. P. S. *Ind. Congr. a secretis.*

Die 10 Martii 1893 ego infrascriptus... etc. (Ut supra).

Vincentius Benaglia, Mag. Curs.

III.

Feria V, die 14 Julii 1893.

Sacra Congregatio Eminentissimorum... (Ut supra) :

MARIANO RAFAELE. — *Gli Evangelii sinottici.* — *Realta o invenzione?* — *Studii.* — Napoli, Tip. della Reggia Università, 1893.

CADORNA CARLO. — *Religione, Diritto, Libertà, Della condizione giuridica delle Associazioni e delle Autorità religiose negli Stati civili.* — *Edizione postuma curata dal Generale Cadorna, con cenni biografici del Senatore M. Tabarrini, Presidente del Consiglio di Stato.* — Vol. 2, Ulrico Hœpli, Editore-Libraio della Real Casa, Milano, 1893.

AMABILE LUIGI, già Prof. Ord. di Anatomia patologica nella R. Università di Napoli, già Deputato al Parlamento Nazionale. — *Il Santo Ufficio della Inquisizione in Napoli. Narrazione con molti documenti inediti.* — Vol. 2, Città di Castello. S. Lapi, tipografo editore, 1892.

MONTAGAZZA PAOLO. — *Fisiologia della donna*. — Vol. 2, Milano, Fratelli Treves Editori, 1893.

NEGRI ADA. — *Fatalità*. — Milano, Treves, 1893.

GUIDOTTI GIOVANNI, Preside del R. Istituto tecnico di Palermo. — *I tre Papi, ossia La Pace fra le Chiese cristiane*. — Palermo-Torino, Carlo Clausel, 1893.

FERRIÈRE ÉMILE. — *Les mythes de la Bible*. — Paris, Félix Alcan éditeur, 108, Boulevard Saint-Germain, 1893.

MIVART SAINT-GEORGES. — « *Happiness in Hell* » (Nineteenth Century), London, December 1892; — et « *The Happiness in Hell* » ibid., Febb. 1893; — et « *Last Words on the Happiness in Hell* » ibid., Apr. 1893. *Decreto S. Officii Feria IV die 19 Julii 1893*.

Itaque nemo..., etc. (Ut supra).

Quibus Sanctissimo..., etc. (Ut supra).

Datum Romæ die 14 Julii 1893.

CAMILLUS CARD. MAZELLA, PRÆF.

FR. HYACINTHUS FRATI, ORD. PRÆD., S. Ind. Congreg. a secr.

Die 24 Julii 1893 ego infrascriptus... (Ut supra).

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

IV.

Feria VI, die 8 Junii 1894.

Sacra Congregatio Eminentissimorum..., etc. (Ut supra) :

CALAMASSI LUIGI. — *L'Italia nell'età di mezzo*, divisa in due volumi. — Vol. I. *Dall'èvo antico al medio*. — *Il Dominio barbarico in Italia*. — *Christianesimo e Papato*. — Vol. II : *Il Feudalismo*. — *L'Impero Romano-Germanico ed il Papato*. — *I Comuni e le Crociate*. Città di Castello, S. Lapi, tipografo editore, 1890 e 1891.

CALAMASSI LUIGI. — *Il Compendio della Storia d'Italia* interamente rifatto. II et III tantum, id est : *Il medio èvo*. — *I tempi moderni*. — Operetta che risponde ai Programmi delle

Scuole ginnasiali e tecniche, utilissima, come riassunto storico, nelle Scuole Normali. — G. B. Paravia e comp., 1893 e 1894. — Torino, Roma, Milano, Firenze, Napoli.

MANTEGAZZA PAOLO. — *L'arte di prender marito*, per far seguito a *L'arte di prender moglie*. — Milano, Fratelli Treves, editori, 1894.

PIERACCINI (Abbé) Ant., curé au diocèse d'Ajaccio. — *Au delà de la vie*. Fragments philosophico-théologiques sur les mystères d'outre-tombe. — Saint-Amand (Cher), Société anonyme de l'imprimerie Saint-Joseph, 1892.

CHABAUTY, E. A., chanoine à Mirebeau-du-Poitou (Vienne). — *Résumé du système de la Rénovation*. — Poitiers, Typographie Oudin et comp., Juillet, Août 1892.

SABATIER PAUL. — *Vie de S. François d'Assise*. — Paris, librairie Fischbacher, 1894.

RENAN ERNEST. — *Histoire du peuple d'Israël*. — Tome quatrième; tome cinquième. — Paris, Calmann Lévi, éditeur, 1893-1894.

MARTINEZ CAVERO AGOSTIN-ABOGADO. — *La Revolucion en el Derecho*. — Madrid, Imprenta de los hijos de M. G. Hernandez, 1893.

Aimer et souffrir, ou Vie de la révérende mère Sainte-Thérèse de Jésus, abbesse du monastère de Sainte-Claire (de Lavour), écrite par elle-même, mise en ordre et annotée par M. L'ABBÉ ROQUES, archiprêtre de Lavour. — *Appendice sur la vie et la mort de M. l'abbé Roques*. T. I, troisième édition. — Toulouse, Ed. Privat, libraire, 45, rue des Tourneurs. — Lavour, monastère de Sainte-Claire, 1886. — T. II (ut supra). *Decr. S. O. Fer. IV, 15 Decembris 1893*.

Vues sur le Sacerdoce et l'œuvre sacerdotale (cum hacce epigraphe : *le prêtre est un autre Christ*). Extrait de la Vie de la R. M. Sainte-Thérèse de Jésus, abbesse du monastère de Sainte Claire (Lavour). Troisième édition; publiée avec l'autorisation de l'Ordinaire. — Toulouse et Lavour (ut supra), 1883. *Decr. eodem*.

Itaque nemo..., etc. (Ut supra).

Quibus SANCTISSIMO..., etc. (Ut supra).

Datum Romæ, die 9 Junii 1894.

MARCHESE VIRGINIO. — *La Riforma del Clero secondo il Concilio di Trento*; Torino, 1884. — *Difesa del libro : La Riforma del Clero secondo il Concilio di Trento*; Torino, 1884. — *La conversione dei Protestanti per mezzo del Concilio di Trento*; Torino, 1885. — *Il Diaconato cattolico e la Questione sociale*; Torino, 1891; proscript. Decr. S. Officii 8 Martii 1892. *Auctor laudabiliter se subjecit et opuscula reprobavit.*

MIVART SAINT-GEORGES. — *Happiness in Hell* (Nineteenth Century); London, Decemb. 1892; et *The Happiness in Hell*, ibidem, Feb. 1893; et *Last Wors on the Happiness in Hell*, ibidem. Apr. 1893; proscr. Decr. S. Officii 12 Julii 1893. *Auctor laudabiliter se subjecit et opuscula reprobavit.*

† SERAPHINUS EPISCOPUS TUSCULANUS.

CARD. VANNUTELLI, PRÆFECTUS

FR. MARCOLINUS CICOGNANI, *Proc. gen. O. P., a secr.*

Die 12 Junii 1894, ego infrascriptus..., etc. (Ut supra).

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

V.

Feria IV, die 19 Septembris 1894.

Sacra Congregatio Eminentissimorum..., etc. (Ut supra) :

MIRZAN ABBÉ OCTAVE, prêtre de la Basilique de Saint-Jean l'Évangéliste de Smyrne. — *Vie de saint Polycarpe, l'Ange de l'église de Smyrne, et l'Apôtre des Gaules.* — Poitiers, imprimerie Blais, Roy et C^{ie}; 7, rue Victor Hugo, 1893.

ZOLA ÉMILE. — *Les trois Villes. — Lourdes.* — Huitième mille. Paris, bibliothèque Charpentier. — G. Charpentier et E. Fasquelle, éditeurs, 11, rue de Grenelle, 1894.

FRIGERI ANTONIO. — *Il progetto del Ministro Bonacci. Lettera aperta agli onorevoli Signori Senatori e Deputati.* — Palermo, Giovanni Villa, editore, 1894. *Tanquam prædamnatum.* — *Decreto S. Officii fer. IV, 16 Augusti 1894.*

Auctor Operis cui titulus : *Au delà de la vie, Fragments philosophico-théologiques sur les mystères d'outre-tombe*, par l'abbé L. ANT. PIERACCINI, curé au diocèse d'Ajaccio, *prohib.* *Decr. diei 8 Junii 1894, laudabiliter se subjecit, et opus reprobavit.*

Auctor operis cui titulus : *Résumé du système de la rénovation*, par M. le chanoine E. A. CHABAUTY, à Mirabeau-du-Poitou (Vienne), *prohib.* *Decr. die 8 Junii 1894, laudabiliter se subjecit, et opus reprobavit.*

Itaque nemo.... (Ut supra).

Quibus SANCTISSIMO.... (Ut supra).

Datum Romæ, die 19 Septembris 1894.

† SERAPHINUS EPISC. TUSCULANUS
CARD. VANNUTELLI, PRÆF.

FR. MARCOLINUS CICOGNANI, PROC. GEN. O. P., *a secretis.*

Die 21 Septembris 1894 ego infrascriptus.... (Ut supra).

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

VI.

Feria VI, die 25 Januarii 1895.

Sacra Congregatio Eminentissimorum... (Ut supra) :

GIOVANNI BOVIO. — *Christo alla Festa di Purim.* — Con novissima Prefazione aggiunta alla presente edizione con ritratto dell'Autore, 32° Migliaio. 1894. — Napoli, Edizione del Periodico *Fortunio*, 24 Egiziaca a Pizzofalcone. *Tanquam prædamnatum ex Regulis indicis.*

EMILE ZOLA. — *Opera omnia.*

Sentiments d'un philosophe sur la scolastique en général, et sur saint Thomas en particulier. — Articuli editi in Ephemeride : *Nouvelles Annales de philosophie catholique* (Garche, Seine-et-Oise, rue de Suresnes, 13), num. 136, 137, 138, 139, 140 ; mensibus Julii, Augusti, Septembris, Octobris, Novembris ann. 1891. — *Decr. S. Officii Fer. IV, 21 Febr. 1894.* — *Auctor* (Le P. Hilaire de Paris) *laudabiliter se subjecit et articulos reprobavit.*

Auctor operis : Vie de saint Polycarpe, l'Ange de l'Église de Smyrne, et l'Apôtre des Gaules, par l'abbé OCTAVE MIRZAN, prêtre de la basilique de Saint-Jean l'Évangéliste de Smyrne, Poitiers, imprimerie Blais, Roy et C^{ie}, 7, rue Victor Hugo, 1893, prohib. Decr. diei 19 Septemb. 1894, laudabiliter se subjecit et opus reprobavit.

Itaque nemo..., etc. (Ut supra).

Quibus SANCTISSIMO..., etc. (Ut supra).

Datum Romæ die 26 Januarii 1895.

† SERAPHINUS EPISCOPUS TUSCULANUS
CARD. VANNUTELLI, PRÆFECTUS.

FR. MARCOLINUS CICOGNANI, PROC. GEN. O. P., *a secretis.*

Die 28 Januarii 1895 ego infrascriptus... etc. (Ut supra).

Vincentius Benaglia Mag. Curs.

VII.

Feria VI, die 14 Junii 1895.

Sacra Congregatio..., etc. (Ut supra) :

Documenta quædam Sacræ Scripturæ cum doctrina Sanctæ Hildegardis de rationalitate (V. Migne, 888 D. et Pitra. 249, III, 511, A, B, C, D) *et de antiquo dierum*, composita cura et studio Sac. Augustini Damoiseau. — Genova, Tipografia Sordomuti, 1894.

L'Apocalisse ed il Mistero Eucaristico, coll'aggiunta di diversi

scritti spirituali. — Genova, Tipografia del R. Istituto Sordo-Muti, 1894.

Piccolo Vangelo. — *Deus caritas est*, ossia raccolta di diversi scritti spirituali intorno alla vita dell'amore. — Genova, Tipografia del R. Istituto Sordo-Muti, 1894.

BOVIO GIOVANNI. — *S. Paolo*. Con Prefazione e ritratto dell'Autore. 4° Migliaio. — Napoli, 1895. Edizione del Periodico *Fortunio*, 24, Egiziaca a Pizzofalcone. — *Uti prædamnatum in Regulis Indicis*.

LACAZE FÉLIX. — *A Lourdes avec Zola*, parallèle au roman de Zola. Dédicace à Sa Sainteté le Pape Léon XIII et double préface : par l'Autore, en mémoire du Professeur Docteur Charcot, pour l'école de la Salpêtrière; par le Professeur Docteur BERNHEIM, pour l'école de Nancy. — Paris, E. Dentu, éditeur, 3 et 5, Place de Valois, Palais-Royal.

ODON DE BUEN, Doctor en ciencias naturales, Cathedratico por oposicion de Historia natural en la Universidad de Barcelona. — *Trattado Elemental de Geologia*. Barcelona, Establecimiento Tipografico-Editorial LA ACADEMIA, 6, Ronda de la Universidad, 1890. — *Tanquam prædamnatum in Regulis Indicis*.

Trattado Elemental de Zoologia. — Barcelona, Establecimiento Tipografico-Editorial LA ACADEMIA, 6, Ronda de la Universidad, 1890. — *Tanquam prædamnatum in Regulis Indicis*.

Garcia Moreno y el P. Berthe, por Gilberto (Ramon Illaramendi). — Maracaibo, Tipografia de *Los Ecos de Zulia*, 1894.

ANGELINI FRANCESCO, auctor Operis : *Storia d'Italia ad uso delle classi liceali, magistrali e tecniche*. Parte seconda (Età moderna dal 1492 al 1883). — Napoli, 1884; *prohib. Decr. 25 Januarii 1894, laudabiliter se subjecit et opus reprobavit*.

FRIGERI ANTONIO, auctor Operis : *Il progetto del Ministro Bonacci, Lettera aperta agli onorevoli Signori Senatori e Deputati*. — Palermo, Giovanni Villa Editore, — *prohib. tanquam prædamnatum Decr. S. Officii Fer. IV 16 Augusti 1894, laudabiliter se subjecit et opus reprobavit*.

DE CASTRO D^r FRANCISCO, lente cathedratice da Faculdade de Medicina do Rio de Janeiro, Director da Directoria Sanitaria da Capital Federal. — *O invento Abel Parente no ponto de vista do direito criminal, da moral publica e da medicina clinica.* — Rio de Janeiro, Laemmert et C., Livreiros-Editores, 66, rua Ouvidor, 1893. — *Decr. S. Officii Fer. IV, 6 Februarii 1895.*

Regula Fratrum Minorum juxta Romanorum Pontificum Decreta et documenta Ordinis, a R. P. Hilario Parisiensi, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum, Provinciæ S. Bonaventuræ Custode Generali, Doctore in Theologia et in Jure canonico, explanata. — Apud H. Pelagaud Filium et Roblot, SS. DD. Papæ et Archiepiscopatus Lugdunensis Bibliopolas. — Lugduni, Via Mercatoria, 48; Parisiis, Via Turnonensi, 5, 1870. — *Decr. S. Officii Fer. IV die 12 Junii 1895.* — *Auctor laudabiliter se subjecit et opus reprobavit.*

Exposition de la Règle de saint François d'Assise, avec l'histoire de la Pauvreté, par le T. R. P. HILAIRE de Paris, de l'Ordre des Frères Mineurs Capucins, Docteur en droit canonique et en théologie, membre de l'Académie de la religion à Rome, Missionnaire Apostolique. — Fribourg, imprimerie de Ph. Haesler et C^e, 13, rue des Alpes, 1872. — *Decr. S. Officii Fer. IV, die 12 Junii 1895. Auctor laudabiliter se subjecit et opus reprobavit.*

Itaque nemo..., etc. (Ut supra).

Quibus SANCTISSIMO..., etc. (Ut supra).


Datum Romæ die 15 Junii 1895.

† SERAPHINUS EPISCOPUS TUSCULANUS
CARD. VANNUTELLI, PRÆFECTUS.

FR. MARCOLINUS CICOGNANI, PROC. GEN. O. P., *a secretis.*

Die 17 Junii 1895 ego infrascriptus..., etc. (Ut supra).

Vincentius Benaglia Mag. Curs.



S. CONGR. INDULGENTIARUM.

I.

*Extension aux médailles, statues et autres objets pieux
des indulgences aux croix, chapelets et couronnes de Terre-Sainte.*

Beatissime Pater,

Fr. Raphael ab Aureliaco, Procurator generalis Ordinis Minorum, ad pedes Sanctitatis Tuæ provolutus, sequentia exponit :

Summus Pontifex Innocentius XI s. m. Const. *Unigeniti* die 28 Januarii 1688 plures indulgentias adnectere dignatus est crucibus, coronis aut Rosariis, quæ loca Terræ Sanctæ, sacræque reliquias ibi existentes tetigerint. In hac tamen benigna concessione non inveniuntur comprehensa aliqua pia objecta, ut numismata, statuæ, etc., quorum usus apud Christifideles qui Palestinam incolunt, vel peregrinationis causa ad eam se conferunt, frequentissimus est, ea præcipue de causa, quod ex tactu Locorum Sanctorum, ditata putent præfata objecta thesauro indulgentiarum. Id præsertim accidit de simulacris seu statuis Pueri Jesu, quæ in Bethleem continuo afferuntur vel mittuntur, ut locum Nativitatis divini Salvatoris tangant.

Ut igitur fidelium devotioni fiat satis, neve in falsa persuasionem quoad lucrum indulgentiarum amplius sint, humilis Orator Sanctitatem Tuam exorat, ut eadem indulgentiæ, quæ coronis, crucibus, crucifixis jam concessæ sunt, concedantur etiam numismatibus, statuis, aliisque piis objectis, quæ dicta Loca Sancta tetigerint.

Quam gratiam.... etc.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XIII

sibi specialiter tributis, benigne annuit pro gratia juxta preces, ita ut non cruces tantum aut coronæ, rosaria, prouti huc usque, verum etiam numismata, parvæ statuæ aliaque pia devotionis objecta, quæ Sancta loca aut Reliquias ibidem existentes tetigerint, in posterum ditata maneant indulgentiis juxta tenorem et formam Constitutionis S. M. Innocentii XI, quæ incipit *Unigeniti*, data sub die 30 Januarii 1688.

Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 18 Augusti 1895.

L. CARD. BONAPARTE.

A. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secret.*

Si la Revue à laquelle nous empruntons ce document en a rapporté fidèlement le texte, nous devons constater dans le rescrit de la S. Congrégation une légère et peu importante erreur de date : le Bref d'Innocent XI n'a pas pour date le 30 Janvier 1688, mais bien le 28 Janvier, comme le porte d'ailleurs la supplique du R^{me} P. Procureur Général des Capucins, et comme porte aussi la *Raccoltà di orazioni e pie opere*,... etc. Ce Bref d'Innocent XI ne se trouve point au Bullaire Romain ; mais il est inséré intégralement dans le Bullaire des Capucins, tome VII, page 427.

Le même rescrit renferme une autre expression à signaler. On y parle des croix, chapelets, etc., et en général des objets pieux, « quæ Terræ Sanctæ loca AUT reliquias ibidem existentes tetigerint » : la supplique rapporte le texte même d'Innocent XI, en disant : « quæ loca Terræ Sanctæ, sacrasque reliquias ibidem existentes tetigerint. » Il ne faut donc pas entendre *aut* dans un sens disjonctif ; c'est plutôt une explication.

II.

*Indulgence plénière pour la visite d'une église franciscaine
en la fête de sainte Agnès d'Assise.*

Beatissime Pater.

Fr. Raphael ab Aureliaco, Procurator Generalis Ordinis Minorum, ad pedes Sanctitatis Tuæ provolutus, humillime gratiam implorat qua omnes utriusque sexus Christifideles qui, peracta confessione et sacra communione refecti, qualemcumque Franciscalem Ecclesiam a primis vesperis visitaverint in festo Sanctæ Agnetis Assisiensis, die 16 Novembris, indulgentiam plenariam lucrari valeant.

Pro qua gratia.... etc.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere pœnitentes, confessi ac Sacra Synaxi refecti, a primis vesperis diei ad occasum solis diei 16 Novembris in festo Sanctæ Agnetis Assisiensis aliquam Ecclesiam Ordinis Sancti Francisci devote visitaverint et aliquamdiu ad mentem Sanctitatis Suæ pie oraverint, plenariam indulgentiam benigne concessit.

Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 2 Septembris 1895.

L. CARD. BONAPARTE.

A. ARCHIEP. NICOPOLITAN., *Secret.*

Voilà une indulgence de plus à ajouter aux indulgences locales de l'Ordre de Saint-François. Rappelons à cette occasion que les tertiaires séculiers de Saint-François doivent, comme tous les autres fidèles, gagner cette indulgence en visitant une église franciscaine, s'il y en a une dans le

lieu où ils se trouvent; mais que, par un privilège qui leur a été accordé par le décret de la S. Congrégation des Indulgences en date du 31 Janvier 1893 (1), ils peuvent gagner l'indulgence même dans les lieux où ne se trouve aucune église franciscaine, en remplaçant la visite de cette église par celle de l'église paroissiale.

(1) *Nouv. Revue Théol.*, xxv, pages 272-274.



S. R. ET U. INQUISITIO.

I.

De abortu medicali.

Beatissime Pater,

Stephanus Maria Alphonsus Sonnois, archiepiscopus Cameracensis, ad pedes Sanctitatis Tuæ devotissime provolutus, quæ sequuntur humiliter exponit.

Titius medicus, cum ad prægnantem graviter decumbentem vocabatur, passim animadvertibat lethalis morbi causam aliam non subesse præter ipsam prægnationem, hoc est, fœtus in utero præsentiam. Una igitur, ut matrem a certa atque imminente morte salvaret, præsto ipsi erat via, procurandi scilicet abortum seu fœtus ejectionem. Viam hanc consueto ipse inibat, adhibitis tamen mediis et operationibus, per se atque immediate non quidem ad id tendentibus ut in materno sinu fœtum occiderent, sed solummodo ut vivus, si fieri posset, ad lucem ederetur, quamvis proxime moriturus, utpote qui immaturus omnino adhuc esset.

Jamvero lectis quæ die 19 Augusti 1888 Sancta Sedes ad Cameracensem Archiepiscopum rescripsit: "Tuto doceri non posse licitam esse quamcumque operationem directe occisivam fœtus, etiamsi hoc necessarium foret ad matrem salvandam", dubius hæret Titius circa liceitatem operationum chirurgicarum quibus non raro ipse abortum hucusque procurabat, ut prægnantes graviter ægrotantes salvaret.

Quare, ut conscientiæ suæ consulat, suppliciter Titius petit utrum enuntiatis operationes in repetitis dictis circumstantiis instaurare tuto possit.

Feria IV die 24 Julii 1895.

In Congr. gener. S. R. et Univ. Inquisitionis proposita suprascripta instantia, Emi ac Revmi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores generales, præhabito Rev. D. Consultorum voto, respondendum decreverunt :

Negative, juxta alias Decreta, diei scilicet 28 Maii 1884 et 19 Augusti 1888.

Sequenti vero feria V die 25 Julii, in audientia R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. relatam Sibi Em. Patrum resolutionem adprobavit.

J. MANCINI CAN. MAGNONI,
S. R. et Univ. Inquisitionis Not.

Le R. P. Eschbach, qui nous fait l'honneur de nous communiquer cette décision, et qui l'accompagne d'éloges pour la *Revue*, dont nous lui sommes très reconnaissant, nous écrit que, cette fois, la réponse de la S. Inquisition renferme bien la défaite définitive de tous les tenants de la licéité de l'avortement provoqué. Cela est bien vrai, et on devra nécessairement le conclure, si l'on veut bien réfléchir un instant aux termes de la consultation. Le médecin qui consulte le Saint-Siège expose avec soin que les moyens employés par lui ne tendent pas à tuer le fœtus dans le sein de la mère, mais seulement à le faire sortir vivant, s'il est possible, bien qu'il doive mourir peu après, parce qu'il n'est pas encore viable.

Or, nos lecteurs n'ont pas oublié la discussion que le R. P. Eschbach a soutenu, dans cette *Revue* même, contre le R. P. Matharan. Ce dernier, prenant contre le R. P. Eschbach la défense des opinions de Ballerini, voulait établir une distinction entre « les causes qui blessent directement et positivement le fœtus, comme seraient des coups violents ou même une blessure faite, à l'aide d'un instrument, au fœtus encore enfermé dans le sein maternel, et les causes qui n'ont

d'autre effet que de faire cesser la conservation de la vie de l'enfant, comme serait l'accélération de l'enfantement, soit par la simple relaxation des fibres, soit par l'incision de la membrane qui renferme le fœtus. » Il admettait, comme les décisions récentes de l'Inquisition forcent à l'admettre, qu'on ne peut jamais, pour un motif quelconque, poser de ces causes qui tendent directement à blesser positivement le fœtus et à le faire périr ; mais il soutenait qu'il est licite, pour sauver la vie de la mère, de provoquer l'avortement d'un fœtus qui n'est pas encore viable, par des moyens qui ne tendent nullement à le blesser et à le meurtrir. Avec le P. Gury (Cas de conscience, édition de 1865), il disait : « Tunc enim non intervenit directa occisio fœtus, qui tantum amovetur a loco in quo vivere non potest, et statuitur in alio loco in quo magis vitam producere nequit, et proinde in pejori conditione minime constituitur. »

En résumé, cette doctrine revenait donc à dire que, dans l'avortement provoqué avant le septième mois de grossesse, il n'y a pas *occisio directa fœtus* : « Si la mort arrive, et elle arrivera assurément toutes les fois que l'enfant ne sera pas encore viable, elle n'est point l'effet immédiat de l'acte que vous venez de poser, mais bien du milieu peu favorable dans lequel vous l'avez transféré... La mort de l'enfant n'est pas l'effet propre et immédiat de l'opération même, je veux dire de l'extraction, mais elle est l'effet du milieu défavorable à sa conservation. — Cette distinction est importante : car il suit de là que l'acte par lequel on retire le fœtus vivant du sein maternel n'est pas intrinsèquement mauvais par lui-même. » Conséquence : si l'expulsion du fœtus n'est autre chose « qu'un déplacement, qu'une translation d'un lieu dans un autre, » elle est licite quand on se propose pour but de sauver la vie de la mère, et qu'il n'y a pas d'autre moyen de la sauver.

Le R. P. Eschbach s'élevait contre cette conclusion et contre l'argumentation qui y conduit. Il voyait dans l'expulsion prématurée l'occision *directe* du fœtus. Pour le prouver, il citait le texte des éditions subséquentes des cas de conscience de Gury : « Quantumvis verba emolliantur, qui actione positiva et voluntaria aliquem in loco in quo v. g. suffocetur, aut in quo tandem vi legum naturalium vivere nequeat, vere illum et directe occidit. » Il ajoutait en distinguant « la condition d'un fœtus de celle d'un enfant né viable; les théologiens n'ont pas craint d'appeler le premier *pars viscerum matris*, tandis que le second est un individu vivant de sa vie personnelle. Chez le premier en effet, la respiration se fait dans un organe spécial, le *placenta*, qui appartient à la mère autant et plus qu'à lui-même; le second respire de ses poumons; arracher le premier du sein sur lequel il est entré, c'est l'étouffer, tout comme si l'on interceptait l'air au second. Dans les deux cas, l'extinction de la vie peut parfois ne pas survenir immédiatement; mais l'acte en lui-même n'en est pas moins pour cela essentiellement homicide. »

Ceux de nos lecteurs qui voudront suivre cette distinction dans toute son ampleur, n'ont qu'à se reporter aux tomes xvi et xvii de la *Revue*. Ce que nous venons de dire suffit pour bien saisir la portée de la décision actuelle. Il n'y a plus à distinguer maintenant entre la craniotomie ou les opérations chirurgicales analogues, qui tendent directement à blesser et à tuer le fœtus, et l'accouchement du fœtus non viable, en représentant ce dernier comme n'étant pas « directe occisus. » La S. Inquisition donne pleinement raison au R. P. Eschbach, d'abord en déclarant que cet avortement prématuré n'est pas licite, et ensuite en rappelant les deux décrets de 1884 et de 1888 : *Juxta decreta*,... etc.; car c'est dire équivalement que la décision actuelle était déjà

comprise dans ces décrets, et dès lors que l'expulsion du fœtus est « directe occisiva. »

II.

Condamnation de trois sociétés secrètes aux États-Unis.

La S. Inquisition a envoyé la lettre suivante à Mgr Satolli, Délégué Apostolique aux États-Unis, et l'a chargé de communiquer la condamnation qu'elle contient aux Ordinaires de ce pays :

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Amplitudinem Tuam profecto non latet Reverendissimos Archiepiscopos in ecclesiasticis Provinciis istius Fœderatæ Republicæ constitutos in suis conventibus egisse de tribus quæ istic coaluerunt Societatibus, Sociorum nempe singularium (*Odd Fellows*), Filiorum temperantiæ (*Sons of Temperance*), et Equitum Pythiæ (*Knights of Pythias*), atque unanimi consensu rem totam judicio Sedis Apostolicæ detulisse. Porro Sanctissimus Dominus Noster quæstionem examinandam tradidit Reverendissimis et Eminentissimis DD. S. R. E. Cardinalibus una mecum Inquisitoribus generalibus. Hi vero, generali Congregatione Feria iv die 20 Junii 1894, confirmantes judicium de aliquibus ipsismet Societatibus alias latum, decreverunt :

Cunctis per istas regiones Ordinariis esse omnino connitendum, ut fideles a tribus Societatibus prædictis et ab unaquaque earum arceantur, eaque de re fideles ipsos esse monendos; et, si monitione insuper habita velint adhuc eisdem Societatibus adhærere, nec ab illis cum effectu separari, a perceptione sacramentorum esse arcendos.

Sanctissimus Dominus Noster sententiam hanc plene confirmavit et ratam habuit. Quæ idcirco per præsentem Amplitudini Tuæ significantur, ut per te nota fiat cunctis istarum regionum Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, et pro bono animarum regimine ad effectum deducatur.

Interim fausta atque felicia omnia Tibi a Deo O. M. precor.
Romæ, 20 Augusti 1894.

R. CARD. MONACO.

On savait par l'*American ecclesiastical Review*, numéro de Janvier 1895, le fait de la condamnation de ces trois sociétés, mais on en ignorait le texte. Cette Revue, pensant que la lettre de la S. Inquisition à Mgr le Délégué Apostolique était un document réservé, s'était abstenue de la publier ; mais le Saint-Siège lui-même a fait savoir qu'il désirait cette publication.

Les trois sociétés condamnées sont de celles qui exigent de leurs membres le serment de garder un secret absolu sur ce qui s'y passe, et d'observer une obéissance entière aux décisions prises. Conformément à l'Instruction du 10 Mai 1884, elles sont défendues sous peine de péché grave, mais non sous peine d'excommunication (1).

III.

Oratio improbata.

Illustrissime et Reverendissime Domine,

A. R. P. Josepho Calasancio Homs, Scholarum Piarum Procuratore generali, submissa est nomine Amplitudinis Tuæ Supremæ hujus Sacræ Congregationis judicio formula quædam orationis « ad impetrandum quod omnes homines recognoscant supremum imperium Christi et Mariæ Immaculatæ super omnes creaturas. » Qua ad examen vocata fer. iv die 12 currentis mensis, Eminentissimi Domini Cardinales una mecum generales Inquisitores sequens tulere decretum :

Orationem, de qua agitur, non esse approbandam, neque inter fideles propagandam, neque indulgentiis ditandam.

(1) *Nouv. Revue Théol.*, xvi. page 405.

Et moneantur auctores sive propagatores novæ istius devotionis, ut præ oculis habeant et fideliter observent monitum generale additum decreto hujus Sacræ Congregationis Sancti Officii die 13 Januarii 1875 lato, quo præscriptum fuit :
“ Monendos esse alios etiam scriptores qui ingenia sua acuunt super iis aliisque id generis argumentis quæ novitatem sapiunt, ac sub pietatis specie insuetos cultus titulos etiam per ephemerides promovere student, ut ab eorum proposito desistant, ac perpendant periculum quod subest, pertrahendi fideles in errorem etiam circa fidei dogmata et ansam præbendi religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinæ catholicæ ac veræ pietati. ” Et ad mentem.

Dum hæc pro meo munere cum Amplitudine Tua communico, fausta quæque Tibi a Domino precor.


Amplitudinis Tuæ

Romæ die 19 Junii 1895

Addictissimus in Domino

S. CARD. VANNUTELLI.

Dno Archiep. Compostellan.



S. PŒNITENTIARIA APOSTOLICA.

*De executione rescripti dispensationis cum expressione
impedimenti erronea.*

Beatissime Pater,

Vicarius Generalis N... Diœcesis in Gallia, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, humiliter exponit quod Prosperus R... et Maria Ludovica Andrea R..., dictæ diœcesis, sub die 4 Aprilis proxime elapsi, Apostolicam dispensationem super impedimento secundi consanguinitatis gradus per Apostolicam Datariam obtinuerunt. At ex errore in folio ad executionem dispensationis affinitas pro consanguinitate scripta fuit.

Parochus mense Maio matrimonio benedixit; nihil dixit, errorem quidem animadvertens, sed persuasum habens eum parvi referre, cum ipse et Vicarius Orator scirent agi de consanguinitate.

Super hujus actus validitate et ad quietem conscientiæ satius duxit Orator rem totam ad S. Pœnitentiarium deferre.

Et Deus...

Sacra Pœnitentaria, consideratis expositis, respondet :

*Facta debita correctione in actis executionis dispensationis,
dilectus in Christo Orator acquiescat.*

Datum Romæ in Sacra Pœnitentaria die 12 Julii 1895.

N. AVERARDIUS, S. P. Reg.

V. CANCELLI, S. P. Secr.

Disons tout d'abord que le curé qui a remarqué l'erreur avant le mariage et n'en a pas averti le Vicaire-général, a

eu tort et s'est montré très imprudent. En effet, la réponse de la S. Pénitencerie dépend de l'exposé; elle-même le dit : *Consideratis expositis*; elle eût été tout autre en d'autres circonstances.

L'exposé dit que les époux ont obtenu de la S. Daterie Apostolique une dispense du second degré de *consanguinité*. L'erreur n'était donc ni dans la supplique partie de l'évêché, ni dans le Bref de la Daterie. Si l'erreur s'était trouvée dans le Bref lui-même, la dispense eût été nulle. C'est ce que reconnaissent communément les auteurs. En vain alléguerait-on contre la nullité que les suppliants ont bien déclaré l'empêchement, que c'est une pure erreur de copiste qui a fait écrire, soit dans la supplique envoyée à Rome par l'Évêché, soit à Rome même dans le Bref, un mot l'un pour l'autre; la dispense est toujours nulle, et Giovine en donne très bien la raison dans le passage suivant : « Neque suffragatur, si error circa impedimentum intervenerit absque oratorum fraude, seu per incuriam sollicitatoris vel scriptoris ejusdem Datarie. Etenim delegatus determinatam commissionem habet, prout in Litteris continetur; ideoque fines mandati egredi nequit, nec litteras Apostolicas aliter interpretari quam verba sonant... Idcirco licet delegatus certo sciat, impedimentum fideliter expositum fuisse ab oratoribus, nihilosecius ad ipsum non spectat investigare ex cujus culpa error in Litteris irrepperit, nec verba rescripti extendere ad casus similes. Et ita communiter DD.... (1). »

Il ne faut donc pas tirer de cette réponse de la S. Pénitencerie des conséquences qui n'y sont pas renfermées, et ce serait une faute de l'étendre indistinctement à tous les cas.

(1) Giovine, tom. II, § v, num. 3.

S. CONGRÉGATION DE LA PROPAGANDE.

I.

Question des écoles neutres au Canada.

La S. Congrégation de la Propagande, dans une lettre à S. E. le Cardinal Tachereau, Archevêque de Québec, a de nouveau condamné les écoles neutres et loué le zèle des Évêques du Canada à les repousser.

Domino Card. Alexandro Tachereau, Archiep. Quebecensi.

Emin. et Rev. Dne Mi observantissime,

Sacra hæc Congregatio Fidei Propagandæ compertum habet quam graves catholicis in Manitoba leges quædam acciderint circa scholarum-regimen ab illius Provinciæ Gubernio recens conceitæ. Quod quidem eo magis dolendum evenit, quod rerum conditioni in ea regione favore catholicorum ex solemnibus pactionibus jampridem constabilitæ refragetur, florentesque ibidem catholicæ scholæ in discrimen adducantur. Merito proinde ad tam grave periculum propulsandum, eorum catholicorum patrocinium penes Fœderale Gubernium universi Canadenses Antistites nobilissimis datis litteris susceperunt. Nec violatis catholicorum juribus atque Episcoporum conatui Fœderalis Gubernii voluntas defuit vel auctoritas. Verum quominus res e sententia succederet, haud levia interjecta obstacula hactenus prohibuere. Nunc autem quum ex Regii Consilii privati in Anglia data nuper sententia Fœderale Gubernium ad hoc gravissimum negotium pertractandum certa auctoritate muniatur,

spei locus est, ut res eo tandem evadat, quo firmissima jura, religionis bonum atque ipsius reipublicæ emolumentum postulant. Capessenda tamen alacriter opportunitas, nec eorum catholicorum tutela deserenda. Quapropter sacrum hoc Consilium, in re tanti momenti, cohibere vocem non potest, quin erecta jam in id catholicorum ac præsertim Episcoporum Canadensium studia confirmet magisque accendat; ac dum meritis honestat laudibus sedulam in hujusmodi causam jam collatam operam, simul animum addit, ut pro viribus incœptum nobilissimum prosequentes, ad felicem exitum perducere adnitantur.

Falso quippe quorundam mentibus ea opinio incessit, nihil periculi in scholis quas neutras vocant adesse, easque sine discrimine a catholicis pueris posse frequentari. Etenim, aliis omissis, eæ quæ neutræ scholæ dicuntur, eo ipso quod ex ambitu suo exclusam una cum aliis veram etiam religionem faciant, gravem huic injuriam inferunt, quum ab illo principe loco deturbatur, quem quum in omni humanæ vitæ consuetudine, tum maxime in juventutis educatione habere debet. Nec fas est asserere privata parentum cura huic defectui posse sufficienter suppleri. Id scilicet remedium mali esse tantum ex parte poterit, sed educationis illius sine Deo in scholis traditæ vitium pessimum non excusat. Cui et illud addatur, religionis dignitatem in puerorum existimatione imminui oportere, si illam veluti publico honore carentem intra domesticos parietes relegatam viderint. Quid vero si parentes desidia aut occupationibus impediti, remissius, ut fieri solet, agant, neque extra disciplinam a liberis in scholis habitam, eorum religiosam institutionem sive per se, sive per alios satis curent?

Quamobrem nihil ferme ad fidem præservandam in populis consultius fieri potest, hoc præsertim tempore quum eam tot errorum procella impetitam videamus, quam ope catholicarum scholarum religionem ac pietatem in teneris puerorum animis inserere, excolere et munire, ita ut una cum litterarum rudimentis ac liberalioribus disciplinis christianæ vitæ instituta alte recipiant, firmaque in reliquum vitæ cursum retineant. In id

operis qui studia viresque contulerit, is optime meritis de religione jure habeatur.

Porro firmissima hæc principia, quibus Canadenses Episcopi tanta constantia jugiter institere, sacrum hoc Consilium nunc permovent ut noto ipsorum zelo vehementer commendet catholicorum Provinciæ Manitobæ jurium circa religiosam liberorum educationem defensionem, ut hæc, prouti spem facit justitia causæ, vindicentur, ac gravis ab Ecclesia avertatur injuria.

Interim manus tuas humillime deoscolor,

Eminentia Tuæ

Humillimus addictissimus servus

M. CARD. LEDOCHOWSKI, PRÆF.

M. ARCHIEP. LARISSEN., *Secr.*

II.

*En Chine et dans les Indes les prêtres indigènes eux-mêmes
sont tenus au serment prescrit par Benoît XIV.*

La lettre suivante a été envoyée par la S. Congrégation de la Propagande aux Vicaires apostoliques de la Chine et des Indes.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Cum in nonnullis missionibus super interpretatione et vi Bullarum *Ex quo et Omnium sollicitudinum*, quas Benedictus XIV f. r. circa juramentum a Missionariis ad Sinenses et Indicas gentes emittendum edebat, sequens exorta fuerit quæstio : Utrum videlicet præter Sacerdotes Europæos presbyteri quoque indigenæ dictum juramentum præstare teneantur? » Sacra Propagandæ Fidei Congregatio, cui hujusmodi dubium propositum fuerat, rem totam ad S. Officium deferendam esse censuit. Jamvero necessariis et opportunis exquisitis in themate informationibus, in Comitibus generalibus fer. iv diei 29 Maii nuper elapsi habitis, prælaudatæ Congregationis Eminentissimi

ac Reverendissimi Patres super relato dubio sequens dedere responsum, a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XIII deinde confirmatum, videlicet :

Juxta noviter habitas informationes teneri.

Quam quidem sententiam, cui in posterum singuli cujuslibet missionis presbyteri, sive Europæi sive Indigenæ, fideliter adhærere debebunt, dum Amplitudini Tuæ communico, hac præterea occasione utor, qua Tibi significem juramentum de quo supra, cum semel penes quemlibet alicujus Missionis Præsulem fuerit præstitum, semper in posterum fore in suo robore permansurum; adeo ut necessarium non sit ut renovetur, si Missionarius ad aliam transeat Missionem, alteriusque Superioris fiat subditus : cui tamen testimonium de eodem juramento præstito exhibere debet.

Interea Deum precor ut Te diutissime sospitet.

Datum Romæ ex Ædibus Sacræ Congregationis Propagandæ Fidei, die 21 Junii 1895.

Amplitudinis Tuæ

Addictissimus servus.

M. CARD. LEDOCHOWSKI, PRÆF.

F. AUGUSTINUS ARCHIEP. LARISSEN, *Secr.*

Cette lettre mentionne deux Constitutions de Benoit XIV sur le serment par lequel les Missionnaires de la Chine et des Indes s'engagent à observer les définitions du Saint-Siège en ce qui concerne les rites Chinois ou Indiens. En effet, par la première Constitution (*Ex quo*), Benoit XIV, après avoir exposé l'état de la controverse, rappelle les Bulles de Clément XI, confirme les dispositions de ces Bulles, et met fin à toute controverse en ce qui concerne *la Chine* en condamnant certaines concessions faites par un commissaire apostolique après les Bulles de Clément XI et en modifiant en conséquence le serment à prêter par les Missionnaires de Chine (11 Juillet 1742). Deux ans plus tard (12 Septem-

bre 1744), le même Pontife publiait la Bulle *Omnium sollicitudinum*, rappelait les lettres de ses prédécesseurs Clément XI, Clément XII et Benoît XIII aux Vicaires Apostoliques des *Indes orientales*, et terminait aussi pour ce pays la controverse. On trouvera ces deux lettres de Benoît XIV dans son Bullaire, et de plus, dans les *Collectanea... des Missions Étrangères* sous le numéro 1117 et 1137, et dans les *Collectanea S. C. de Propaganda Fide*, numéros 1762 et 1785.

Il est bon de connaître ces deux Constitutions et de ne pas s'en rapporter à une seule. Ainsi, quelques Revues, n'ayant consulté que la Constitution *Omnium sollicitudinum*, ont cru bon d'y prendre la formule du serment imposé aux Missionnaires, et pour n'avoir pas lu la Constitution *Ex quo*, n'ont pu savoir qu'il y a deux formules de serment. La première, imposée d'abord par Clément XI, et modifiée par Benoît XIV qui a voulu y insérer la réprobation des concessions dont nous avons parlé plus haut, se trouve dans la Constitution *Ex quo* et est obligatoire pour les Missionnaires de Chine; la seconde, prescrite par Clément XII en 1739, dans la Constitution *Concredita nobis*, aux Missionnaires des Indes, n'a point été modifiée par Benoît XIV, et reste toujours en vigueur.

Voici donc le texte de ces deux serments. Nous commençons par la formule de 1739, obligatoire pour les Missionnaires des Indes :

Ego N..., Ordinis N..., seu Societatis Jesu, missionarius ad Regnum N... vel ad Provinciam N... in Indiis Orientalibus a Sede Apostolica, vel a meis Superioribus juxta facultates eis a Sede Apostolica concessas, missus, vel destinatus, parendo præcepto Sanctissimi Domini Nostri Papæ Clementis XII per Litteras Apostolicas in forma Brevis datas die 13 Maii anno 1739,

injuncto omnibus missionariis in dictis missionibus, præstandi juramentum fideliter servandi dispositionem Apostolicam circa ritus malabaricos ad formam Litterarum Apostolicarum in forma Brevis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri die 24 Augusti 1733 incipien. *Compertum exploratumque*, mihi per integram ejusdem Brevis lecturam optime noto; promitto me plene et fideliter pariturum, illudque exacte, integre, absolute et inviolabiliter observaturum et absque ulla tergiversatione adimpleturum, nec non ad formam dicti Brevis instructurum Christianos mihi commissos, tam in concionibus, quam in privatis instructionibus, ac præsertim catechumenos antequam baptizentur, et nisi promittant observantiam dicti Brevis ejusque dispositionum et prohibitionum, me ipsos non baptizaturum, prout quoque curaturum omni studio quo potero, ac omni diligentia, ut sublatis gentium cæremoniis, illi a christianis suscipiantur et retineantur ritus quos catholica Ecclesia pie præscripsit. Si autem (quod Deus avertat) in toto vel in parte contravenerim, toties pœnis a Sanctissimo Domino Nostro impositis in Decreto seu Litteris Apostolicis, ut supra, super præstatione hujus juramenti, mihi pariter per integram lecturam notis, me subjectum agnosco et declaro. Ita tactis Sanctis Evangeliiis promitto, voveo et juro. Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.

Ego N. . . , manu propria.

Et voici le serment imposé aux Missionnaires de Chine, tel qu'il a été modifié par Benoît XIV :

Ego N... Missionarius ad Sinas, *vel* ad Regnum N..., *vel* ad Provinciam N... a Sede Apostolica, *vel* a Superioribus meis juxta facultates eis a Sede Apostolica concessas, missus, *vel* destinatus, Præcepto ac Mandato Apostolico super ritibus ac cæremoniis Sinensibus in Constitutione Clementis Papæ XI hac de re edita, qua præsentis Juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis apprime noto, plene ac fideliter parebo, illudque exacte, abso-

lute ac inviolabiliter observabo, et absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar ut a Christianis Sinensibus, quorum spiritualem directionem quoquo modo me habere contigerit, similis observantia eidem præstetur. Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar ut ritus et cæremoniæ Sinenses in Litteris pastoralibus Patriarchæ Alexandrini, Macai datis die 4 Novembris 1721, permissæ, ac a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV damnatæ ab eisdem Christianis ad praxim deducantur. Si autem (quod Deus avertat) quoquo modo contravenerim, toties quoties id evenerit, pœnis per prædictas Constitutiones impositis me subjectum agnosco et declaro. Ita, tactis sacrosanctis evangeliiis, promitto, voveo et juro. Sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei evangelia.

Ego N..., manu propria.

Encore, pour avoir le texte exact, faut-il tenir compte d'une décision récente, adressée au Supérieur de la Société des Missions Étrangères de Paris, et déclarant que les peines portées par les deux Constitutions ci-dessus contre les missionnaires infidèles à leur serment, ont été modifiées par la Constitution *Apostolicæ Sedis*, et qu'il faudra par suite modifier la formule du serment :

In S. Congregatione S. Officii, feria iv 5 elapsi mensis propositum fuit dubium a Dominatione Tua emissum, an scilicet post Bullam *Apostolicæ Sedis* vigeant adhuc censuræ præscriptæ in duabus Constitutionibus san. mem. Benedicti XIV circa ritus sinenses et malabaricos. Porro Eminentissimi Patres, omnibus diligenter consideratis, responderunt :

Constitutiones Benedicti XIV s. m. super memoratis ritibus sinensibus et malabaricis, annis 1742 et 1744 editas, omnino vigere, exceptis tantum censuris latæ sententiæ de quibus nulla fit mentio in Constitutione Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ IX, quarto idus Octobris edita, quæ incipit *Apostolicæ Sedis moderationi*; ideoque ad calcem formulæ juramenti

quod a Benedicto XIV in eadem Constitutione præscribitur et confirmatur, inter verba : *Pœnis per prædictas Constitutiones impositis me subjectum agnosco et declaro*, inseratur, post vocem *impositis*, hoc additum : *Et adhuc vigentibus*. Id Dom Tuæ Eminentissimi Patres significandum esse jusserunt (1).

La seconde partie de la lettre de S. E. le Cardinal Préfet de la Propagande traite une autre question, celle du renouvellement du serment une fois prêté. Elle déclare que ce serment garde toujours sa force, et que, en conséquence, le Missionnaire qui l'a déjà prêté « penes quemlibet alicujus Missionis Præsulem », n'a plus à le renouveler quand il passe à une autre mission et devient le sujet d'un autre Supérieur ; il suffit qu'il présente à son nouveau Supérieur une attestation régulière de la prestation du serment. C'est la révocation de plusieurs décisions antérieures, que la Revue a citées autrefois (2) ; il faut s'en tenir à la décision actuelle. Nous avons du reste cité un passage d'une décision du 8 Mars 1823, que nous avons cherché à interpréter et à concilier avec les décisions dont nous parlons, et qui, pris à la lettre, contient la même doctrine (3).

Toutefois, il faut bien remarquer que la lettre de S. E. le Cardinal Préfet parle des Missionnaires qui ont déjà prêté serment « penes quemlibet alicujus missionis Præsulem » ; il reste toujours vrai, comme des décisions nombreuses l'ont établi, que les Missionnaires qui, avant leur départ d'Europe, ont prêté serment entre les mains du Cardinal Préfet de la Propagande, ou les Réguliers qui l'ont prêté devant leur Supérieur, sont tenus de le renouveler devant le Vicaire Apostolique de la mission à laquelle ils appartiennent (4).

(1) *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide*, n, 1782.

(2) *Nouv. Revue Théol.*, xix, pages 556 et 557.

(3) *Ibid.*, page 554.

(4) *Nouv. Revue Théol.*, locis citatis.

S. CONGREGATIO RITUUM.

I.

S. JACOBI DE CHILE.

Marianus Casanova, Archiepiscopus S. Jacobi de Chile, Sacrae Rituum Congregationi humiliter exposuit, per decretum ab ipsa editum die 16 Martii 1861, plures usus ritualibus Ecclesiae legibus adversos et prætextu longævæ consuetudinis retentos, e sua Archidiœcesi ac præsertim ab ecclesia metropolitana fuisse sublatos (1). Quum tamen ad Rmum Capitulum Metropolitanum unus Archiepiscopus et duo Episcopi titulares pertineant, aliquando dubia exoriuntur circa eorum jura ac privilegia. Hinc idem obsequentissimus Archiepiscopus ab eadem Sacra Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutionem efflagitavit, nimirum :

1° An crux Archiepiscopalis possit esse duplici hasta transversali ac parallela cum alia verticali composita ?

2° An Archiepiscopi uti possint chirothecis quum ad ecclesiam accedunt vel ab ea recedunt ante et post missam pontificalem ?

3° Utrum Archiepiscopus missam celebraturus supra planetam gestare queat crucem pectoralem ?

4° An in aliena diœcesi Episcopi suffraganei et titulares mozzetta uti possint ?

5° Et adhibere Cappam Pontificalem ?

6° An iidem pariter in aliena diœcesi baculum pastorem deferre valeant ?

7° Atque solemniter celebrantes sedere in sede Archiepiscopi vel Episcopi propria seu in throno, cum sola ipsius Ordinarii loci licentia ?

(1) Voir ce décret dans Gardellini, n. 5310.

8° Ac tandem adhibere biretum doctorale cum quatuor apicibus, quod sit coloris violacei, cum flosculo et funiculis rubri coloris?

9° Canonici, etsi dignitate episcopali insigniti sint, debentne associare Archiepiscopum cappa magna indutum ad metropolitana ecclesiam accedentem, sive ut Missam Pontificalem celebret, sive ut Missæ ab alio celebrandæ assistat?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, omnibusque rite perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Dilata.*

Ad II et III. *Negative juxta Cæremoniale Episcoporum et Decreta.*

Ad IV. *Negative juxta Decreta, præsertim in LIBURNEN, 23 Septembris 1848 ad 2.*

Ad V. *Detur Decretum in VELITERNA, 6 Septembris 1698.*

Ad VI. *Affirmative ex permissione Archiepiscopi vel Episcopi Ordinarii loci, et quando tenuerint ordinationes, consecrationes, aliasque functiones, in quibus juxta regulas libri pontificalis baculo pastoralis uti debent et necesse est, juxta Cæremoniale Episcoporum lib. I, cap. 17, et Decretum BRACHAREN, 1 Septembris 1607.*

Ad VII. *Dilata.*

Ad VIII. *Negative quoad biretum formæ doctoralis, juxta Decretum in VENUSINA, 7 Decembris 1844; Affirmative quoad biretum formæ ordinariæ ac coloris violacei cum flosculo et funiculis ejusdem coloris, juxta privilegium a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII indistincte omnibus Episcopis concessum.*

Ad IX. *Affirmative et servetur Decretum GNESNEN ET POSNANIEN, 20 Martii 1869.*

Atque ita rescripsit.

Die 6 Septembris 1895.

L. M. CARD. PAROCCHI, PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, Secret.

Quelques mots sur ces décrets ne seront peut-être pas inutiles.

Une première remarque générale a bien son importance. Mgr l'Archevêque de Santiago (Chili) prend occasion de la présence dans son Chapitre d'un Archevêque et de deux Évêques titulaires, pour soumettre à la S. Congrégation les neuf doutes contenus dans sa supplique; mais un certain nombre de ces doutes, et les réponses qui leur sont faites, concernent non pas les seuls Évêques titulaires, mais aussi ceux qui ont le gouvernement d'un diocèse.

I. *Croix archiépiscopale*. — L'observation que nous venons de faire s'applique notamment au premier doute, concernant la croix archiépiscopale; car un Archevêque titulaire, n'ayant point de diocèse à gouverner, ni de province ecclésiastique qui lui soit soumise, n'a pas droit à la croix.

On demande donc à la S. Congrégation si la croix archiépiscopale peut avoir un double croisillon, et elle répond : *Dilata*. En attendant une décision qui tranche la question, on peut faire remarquer que le double croisillon n'est requis nulle part, qu'il n'en est fait aucune mention dans le Cérémonial des Évêques, lequel dit tout simplement : *Cruce archiepiscopalis*. On en tirera facilement cette conclusion que, jusqu'à nouvel ordre, le double croisillon n'est pas permis : « Il faut, dit Mgr Barbier de Montault, distinguer plusieurs espèces de croix : la croix de suprématie est propre au Pape, à ses légats et aux Archevêques ou Métropolitains. Le Pape s'en fait précéder partout où il va, le Légat dans l'étendue de sa juridiction et l'Archevêque dans les limites de sa province. Cette croix est comme les croix ordinaires, à un seul croisillon; doubler ce croisillon est une fantaisie qu'exclut la tradition (1). »

(1) Traité pratique de la construction et de l'ameublement des églises, tom. 1, p. 383.

II. *Usage des gants.* — A ne voir que ses termes stricts, cette question ne concerne que les Archevêques; en réalité, la décision donnée s'applique à tous les Évêques sans distinction.

A la question posée, la S. Congrégation répond négativement : l'Évêque ne doit donc avoir les gants ni quand il se rend à l'église pour officier pontificalement, ni quand il revient de l'église après la messe pontificale.

Mais la S. Congrégation ajoute de plus qu'il faut observer le Cérémonial des Évêques et les décrets. Il faut observer le Cérémonial des Évêques, c'est-à-dire prendre les gants quand le Cérémonial dit de les prendre, les quitter quand le Cérémonial dit de les quitter, et ne pas s'en servir dans les cérémonies ou fonctions où le Cérémonial n'en parle pas. C'est ce qui est répété dans un décret de la S. Congrégation des Rites du 13 Mars 1700 : on demandait si le chanoine qui présente l'aspersoir à l'Évêque à l'entrée de l'église, doit lui baiser la main, bien que le Prélat porte les gants; la S. Congrégation répond qu'il faut baiser la main, et elle ajoute : « Sed Episcopus non debet uti chirothecis, nisi in iis functionibus pontificalibus, in quibus eisdem Episcopi utuntur (1). »

Nous avons encore dans la collection de Gardellini un décret beaucoup plus récent sur l'usage des gants. Le Vicaire apostolique de Constantinople demande en 1855 si l'Évêque, qui a ses gants à la bénédiction du T. S. Sacrement, peut se dispenser de prendre le voile huméral, ou bien s'il peut garder ses gants tout en prenant le voile huméral : la S. Congrégation répond : *Negative in omnibus* (2).

Conclusion : pas de gants à la bénédiction du T. S. Sacre-

(1) S. C. R. in ARICHIPE, ad 14 (Gardell., n. 3551).

(2) S. R. C. 21 julii 1855, in UNA VICARIATUS APOSTOLICI CONSTANTINOPOLITANI, ad 4 (Gard., n. 5211).

ment, pas de gants pour se rendre à l'église ou pour retourner au palais épiscopal, avant et après la messe pontificale ; d'une manière plus générale, il faut prendre les gants quand le Cérémonial des Évêques le prescrit, et les quitter quand il le dit. En conséquence, les gants ne doivent servir qu'à la messe pontificale : l'Évêque les prend assis, entre la dalmatique et la chasuble ; il les quitte après avoir lu l'offertoire, quand il est assis et a reçu la mitre précieuse. L'Évêque doit encore avoir les gants quand, après avoir célébré pontificalement, il donne la Bénédiction Papale, parce que Clément XIII l'a ainsi déterminé (1). Pour les autres fonctions, les vêpres, les processions de toute sorte, les gants ne doivent pas être employés.

III. *Croix pectorale*. — Cette fois encore, la question n'est posée que pour l'Archevêque, et la réponse s'applique à tous les Évêques sans exception. Cette réponse est la même qu'à la question précédente : *Negative, juxta Cæremoniale Episcoporum et Decreta*. L'Évêque ne doit donc pas, à la messe, soit pontificale, soit privée, porter la croix pectorale sur la chasuble, et cette défense s'appuie soit sur le Cérémonial des Évêques, qui prescrit de la prendre sur l'aube, soit sur les décrets de la S. Congrégation. Qu'il nous suffise de mentionner le décret *IN ARBOREN*, du 14 Juin 1873, ad 1, qui dit positivement qu'après avoir placé la croix sur l'aube, il ne faut pas la retirer pour qu'elle paraisse sur la chasuble pendant la messe (2).

La question soumise à la S. Congrégation ne concerne que la messe ; on aurait pu demander en même temps si l'Évêque peut porter, aux vêpres par exemple, sa croix pec-

(1) *Nouv. Revue Théol.*, xviii, p. 328 ; xxi, p. 140 ; S. C. R. in NEAPOLITANA, 23 febr. 1884, ad 13 (Gard., n. 5908).

(2) Gardellini, n. 5550.

torale par dessus l'étole et la chape. La réponse serait la même : cela ne se doit pas, parce que tel n'est point l'ordre fixé par le Cérémonial des Évêques; l'Évêque doit prendre : « primo amictum..., deinde albam, tum cingulum, mox crucem pectoralem, et stolam a collo pendentem..., deinde pluviale..., et sedens mitram pretiosam, ac annulum (1). »

IV. *Usage de la mozzette dans un diocèse étranger.* — Inutile d'insister sur les significations multiples du mot *Episcopus suffraganeus*; on les trouvera exposées dans Benoit XIV, *De Synodo*, lib. XIII, cap. XIV, n. 4. Il vaut mieux faire observer cette fois encore que la réponse négative s'étend à tous les Évêques, quels qu'ils soient. « Ordinarium Episcopi habitus, » dit de Herdt, « in diocesi, et Archiepiscopi in sua provincia est vestis talaris, rocchettum discoopertum et mozzetta, etiam in locis exemptis; extra diocesim vero seu respective extra provinciam rocchettum coopertum mantelletto. Sicut rocchettum discoopertum cum mozzetta est ordinarius Episcopi habitus in loco suæ jurisdictionis, sic rocchettum coopertum mantelletto designat Episcopum extra territorium suum, vel cujus jurisdictionis cujusdam majoris præsentia quasi obnubilatur (2) ». La S. Congrégation rappelle le décret IN LIBURNEN, qui s'applique à un Évêque administrateur et qui vaut, a fortiori, quand il s'agit simplement d'un Évêque titulaire (3); nous aurions, en ce qui concerne les Évêques qui ont un diocèse à gouverner, la décision IN VIGEVANEN du 5 Octobre 1669 (4). Et d'ailleurs le texte du Cérémonial des Évêques est formel (5). Les Évêques suffragants, dans le sens où ce mot est pris

(1) Cærem. Episcop., lib. II, cap. 8.

(2) *Praxis Pontificalis*, lib. I, 12.

(3) Gardell., n. 5140, ad 2.

(4) *Ibid.*, n. 2495, ad 1.

(5) Lib. I, cap. I et III.

ici, sont toujours *in aliena diœcesi*; il n'est donc pas étonnant que cette règle leur soit applicable.

Pour être complet, disons en terminant que la S. Congrégation a répondu à la question telle qu'elle était posée et a décidé que, d'ordinaire et en règle générale, l'Évêque suffragant ou titulaire n'a pas droit de porter la mozette. Elle n'a pas entendu contredire les décisions précédentes, qui admettent une exception en faveur de l'Évêque suffragant, ou, comme nous disons maintenant, de l'Évêque auxiliaire, chargé de remplir les fonctions d'ordre en place de l'Évêque diocésain absent ou empêché par l'âge, la mauvaise santé, etc. Ce dernier peut, si l'Évêque diocésain l'y autorise, prendre la mozette, quand il va remplir une fonction pontificale. C'est ce que la S. Congrégation a répondu le 14 Juin 1646 IN LEODIEN (1).

V. *Usage de la cappa*. — Il faut dire de l'usage de la cappa ce qui a été dit pour la mozette. Le texte du Cérémonial est très formel : « Extra diœcesim et ecclesiam suam Episcopi non utuntur cappa (2). » Cette solution s'applique donc à tous les Évêques, et non aux seuls Évêques suffragants ou titulaires. Comme dans le cas précédent, la S. Congrégation donne une réponse générale, et ne mentionne pas l'exception qui concerne les Évêques auxiliaires remplissant une fonction pontificale : « Posse de licentia Emi et Rmi Cardinalis Episcopi Ostiensis et Veliterni (*Ordinariï*) deferre cappam; et in hoc casu teneantur duo canonici ire usque ad ostium ecclesiæ, et dignior porrigit ei aspersorium, quo suffraganeus seipsum tantum aspergat, et pariter eum associet in reditu usque ad eundem locum (3). »

(1) Gardellini, n. 1556.

(2) Lib. I, cap. III, n. 6.

(3) S. R. C. in BRACHAREN, 6 sept. 1698 in VELITERNA, ad I (Gardell., n. 3491).

VI. *Usage de la crosse.* — En ce qui concerne l'usage de la crosse, rien de plus clair que le texte du Cérémonial des Évêques, et la décision IN BRACHAREN, que rappelle la S. Congrégation, et dont elle insère du reste le texte dans sa réponse. Voici le Cérémonial des Évêques : « Utitur Episcopus baculo pastorali in sua tantum civitate vel diœcesi, etiam alibi ex permissione loci Ordinarii, et ubi consecrationes aut ordinationes vel benedictiones personales facere ipsi Apostolica auctoritate concèditur (1). » La décision IN BRACHAREN dit de l'Évêque suffragant : « Nec debere uti baculo pastorali, nisi quando tenuerit ordinationes, vel alias functiones fecerit in quibus, juxta regulas Libri Pontificalis, eo uti debet et necesse est (2). »

VII. *Usage du trône.* — Voici la seule réponse qui présente une véritable difficulté ; on ne voit pas facilement comment la concilier avec la décision du 12 Octobre 1889 à Mgr l'Archevêque de Bari. La *Revue* a publié cette décision après les *Ephemerides Liturgicæ* (3), et n'a pas hésité à y voir, comme la *Revue* romaine, un changement de pratique de la S. Congrégation, c'est-à-dire l'abandon des anciennes prohibitions et la liberté laissée désormais aux Ordinaires de céder leur trône aux Évêques étrangers. Et voici que la S. Congrégation répond aujourd'hui à la question qui lui est adressée sur le même sujet : *Dilata*. Faut-il donc conclure que les *Ephemerides Liturgicæ* ont mal interprété la décision de 1889, et que la question n'est pas tranchée encore ? Nous ne le pensons pas. Nous disions en publiant le décret de Bari : « La S. Congrégation a eu bien soin d'employer un terme qui précise sa pensée et empêche qu'on ne tire de sa réponse des conclusions exagérées ; c'est

(1) Lib. 1, cap. xvii, n. 5.

(2) Gardellini, n. 354.

(3) *Nouv. Revue Théol.*, t. xxiii, p. 162.

le mot : *IN CASU*. Ce mot prouve que la S. Congrégation entend, au moins sous certains rapports, rendre une décision particulière, la restreindre au cas proposé, et ne veut pas qu'on la généralise trop; aussi nous l'appliquerions volontiers aux cas semblables à celui qui a été l'objet de la consultation de Mgr l'Archevêque de Bari, mais non aux autres. » Nous citions ensuite différents cas qui nous paraissaient certainement en dehors de la consultation de Bari; la solution de la difficulté actuelle consisterait-elle à ce que l'Archevêque ou l'Évêque diocésain ne peut céder son trône à son auxiliaire ou à un Évêque titulaire de son Chapitre, ou du moins que la décision de Bari ne s'applique pas à ce cas et que la S. Congrégation n'a pas voulu se prononcer? Nous le croirions volontiers; en tout cas il vaut mieux adopter cette explication, ou toute autre interprétation analogue, que de supposer une contradiction entre deux décisions si récentes.

VIII. *Barrette*. — Le décret *IN VENUSINA* prononce clairement que l'usage de la barrette doctorale est interdit « *in ecclesiasticis functionibus*; » la question tombe d'elle-même. Il reste aux Évêques la barrette violette, qui leur est concédée par Léon XIII.

IX. *Association de l'Évêque diocésain*. — Cette neuvième question, ainsi que la précédente, concerne bien les seuls Évêques titulaires qui sont en même temps chanoines. Mais il y a longtemps que le principe duquel dépend la solution est posé. Ces Évêques sont chanoines, et sont tenus à toutes les obligations des chanoines qui ne dérogent pas à la dignité épiscopale. Durant leur semaine, ils ne chanteront pas la messe et les vêpres comme de simples prêtres et auront soin de se faire remplacer; aux messes pontificales, ils n'assisteront pas l'Évêque diocésain à l'autel; mais, les chanoines étant parés, ils seront revêtus de la chape, et,

avec le consentement de l'Évêque diocésain, pourront prendre la mitre simple, qu'ils ôteront et s'imposeront eux-mêmes. Ils associeront l'Évêque comme les autres chanoines, et seront tenus aux *circuli* comme ces derniers (1).

II.

Récitation des Litanies du Sacré-Cœur de Jésus.

Les *Analecta ecclesiastica*, dans leur numéro du mois d'Août, contiennent une décision sur ce sujet; elle est de 1888, mais elle a été affirmée authentique le 10 Juillet 1895 par la S. Congrégation. Nous donnons le texte italien, et en regard la traduction latine.

Eccellenza Revma,

Alla istanza diretta da Vostra Eccellenza Rma a questa S. Congregazione dei Riti, riguardante la recita delle Litanie del Sacro Cuore di Gesù, la medesima S. Congregazione ha creduto rispondere coll'inviarle una copia della risoluzione presa in tali materia in una *Argentinè* in data dei 29 Ottobre 1882. Le fa però in pari tempo conoscere che le dette Litanie, quantunque non sieno state giammai approvate dalla Santa Sede, trovansi tuttavia stampate in pa-

Excellentia Revma,

Precibus huic Sacræ Rituum Congregationi ab Amplitudine Tua directis, circa recitationem Litaniarum Sacri Cordis Jesu, eadem S. Congregatio respondendum censuit communicatione resolutionis hoc super argumento sumptæ in una *Argentinè* sub die 29 Octobris 1882. Te insimul certiore vult dictas Litanias, etsi nunquam a Sancta Sede approbatas, in pluribus tamen piis libris reperiri, nec non a Familiis religiosis piisque Congregatio-

(1) Cf. S. R. C. in MECHLINIEN, 24 febr. 1680; in ASCULANA, 10 april. 1723; in MEDIOLANEN, 16 martii 1833 (Gardellini, num. 2911, 3976, 4709).

recchi libri di pietà, e soglionsi ovunque recitare da Famiglie Religiose e Pie Congregazioni nelle loro Chiese ed Oratorii.

Quindi l' Eccellenza Vostra potrà tollerare che si cantino nella Chiesa delle Monache della Visitazione in cotesta Città; purchè non si uniscano a veruna funzione strettamente liturgica.

Soddisfatto tale incarico, non resta allo scrivente, se non dichiararsi

Roma, 13 Giugno 1888
Di Vostra Eccellenza Rma

VINCENZO NUSSI,
Secret. di S. C. d. R.
Rmo Mons. Vescovo di Pinerolo.

Ita reperitur in Actis et Rituum Congregationis.

In fidem..., etc.

Ex eadem Secretaria hac die 10 Julii 1895.

nibus in suis ecclesiis atque oratoriis recitari solere.

Hinc poterit Excellentia Vestra earum cantum tollerare in ecclesia Monialium Visitationis istius Civitatis; dummodo nulli functioni strictè liturgicæ uniantur.

Hiscæ pro mei muneris ratione impletis, restat ut me subscribam

Romæ, 13 Junii 1888
Excellentiæ Vestræ Rmæ

VINCENTIUS NUSSI,
S. R. C. Secret.
Rmo Dno Episcopo Pinerolien.

PHILIPPUS DIFAVA, *Substit.*

Pour que nos lecteurs comprennent mieux cette décision, nous remettons sous leurs yeux la réponse IN ARGENTINEN et le *Monitum* dont elle est l'explication. Voici d'abord le *Monitum*, qui est du 16 Juin 1880 (1) :

... Hinc Sacra Rituum Congregatio sui muneris esse duxit Rmos locorum Ordinarios admonere, ne sinant alias Litanias

(1) V. *Nouv. Revue Théol.*, XII, p. 475.

publice recitari nisi prædictas (*a Sancta Sede approbatas*), vel alias, si quæ a S. Rom. Univ. Inquisitione recognitæ et approbatæ fuerint; ac simul caveant suam approbationem pro impressione subnectere iis libris in quibus Litanias inveniuntur apostolica approbatione carentes.

Mgr l'Évêque de Strasbourg demanda des explications sur ce décret, et reçut la réponse rappelée dans la lettre précédente à Mgr l'Évêque de Pignerol :

Monitum, de quo agitur, respicere Litanias in liturgicis et publicis functionibus recitandas : posse vero, imo teneri Ordinarios alias seu novas Litanias examinare, et, quatenus expedire putent, approbare; at non nisi pro privata atque extraliturgica recitatione (1).

Nous n'avons pas à refaire une Dissertation sur ce sujet; cette année même, à l'occasion d'un décret de la S. Congrégation des Rites, nous avons cité les décrets anciens, et nous avons essayé d'en donner l'interprétation (2). Notre conclusion était celle-ci : dans une fonction liturgique on ne peut chanter ou réciter que les Litanies approuvées par le Saint-Siège; la récitation extraliturgique de Litanies approuvées seulement par les Ordinaires est toujours permise, si elle est privée, mais elle est défendue si elle a lieu publiquement dans une église ou oratoire public.


Nous ne dissimulons pas que la décision donnée à Mgr l'Évêque de Pignerol paraît contraire à nos conclusions : car les Litanies du Sacré-Cœur de Jésus ne sont point approuvées par le Saint-Siège, et cependant, voici que le chant en est toléré dans une église.

(1) *Ibid.*, p. 478.

(2) Plus haut, p. 141.

Cette lettre est-elle absolument sans réplique ? Nous ne le pensons pas. On peut remarquer en premier lieu, que le chant des Litanies du Sacré-Cœur de Jésus est seulement *toléré*. On peut dire en outre que la lettre IN PINEROLIEN est une décision particulière, que le décret qui renferme la prohibition est un décret général, et de plus, qu'il est de date postérieure. Il est même à remarquer que les Litanies du Sacré-Cœur sont positivement nommées dans ce décret général et que leur récitation publique est défendue.

Il faut bien convenir pourtant que l'on peut très bien objecter la décision IN PINEROLIEN contre notre interprétation ; car il est difficile de supposer que la S. Congrégation ait changé d'avis depuis 1888 sur une question pareille.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES QUESTIONS DE MORALE.

Suite (1).

XI.

De præcepto ecclesiastico communionis annuæ.

CASUS.

Titius, patria Romanus et dives mercator, plures annos ad sua expedienda negotia varias Asiæ et Europæ provincias peragraverat. Jam vero cum Romam rediisset, audita paschali tempore vehementi concione, depravatos mores in melius mutare constituit. In generali itaque confessione præter alia hæc manifestat : a) Se olim tempore quadragesimæ iter aggressum ad regiones, in quibus catholici sacerdotis copia non aderat, licet futurum prævideret, ut in Paschate communicare non posset, communionem tamen minime recepisse ; mensibus autem Paschati posterioribus, etiamsi potuisset communicare, synaxim omisisse. b) Altero anno cum paschali tempore Neapolitana in urbe degeret, sine animo ibidem diu commorandi, communionem quidem sumpsisse, non tamen in parœcia, in cujus finibus hospitium habebat, sed apud patres franciscuales. c) Superiori anno Paschatis tempore ad quemdam confessarium Romæ accessisse : verum cum ab isto ob occasionem proximam voluntarie retentam inabsolutus dimissus esset, sacrilege communicasse.

(1) Voir plus haut, pages 68, 177, 269, 392, 521 et seq.

His auditis, anceps hæret confessarius, eo vel magis, quod qui in Urbe paschali præcepto non satisfacit, reservatum peccatum committit. Quapropter secum quærit :

1° *Quos et qualiter obliget præceptum ecclesiasticum annuæ communionis?*

2° *Quid de singulis in casu sentiendum?*

3° *An Titius in reservationem inciderit?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quos et qualiter obliget præceptum ecclesiasticum annuæ Communionis?

R. 1. Præceptum, quod omnes Christifideles adstringit post sufficientem usum rationis, habetur in cap. 21 Concilii Later. IV, injungens, ut quilibet « peccata sua confiteatur, saltem semel in anno... *suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum*, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum. » Quam legem theologi, nixi ipsius verbis et communi consuetudine, ita interpretantur, ut *tria* contineantur præcepta : 1) *quotannis* sumendæ Eucharistiæ, 2) idque tempore Paschali, 3) atque a proprio sacerdote seu paroco, i. e. in ecclesia parochiali.

R. 2. Unde concluditur sententia longe communiore, eum, qui circum-tantiam *loci* vel *temporis* non possit implere, nihilominus teneri ad rei substantiam, ita ut saltem in decursu anni S. Eucharistia sumatur.

R. 3. Tum ipsa rei substantia, i. e. annua Communio, tum temporis Paschalis determinatio, fatentibus omnibus, *sub gravi* præcipitur; circumstantia loci, nisi consuetudo eam legem sustulerit, etiam per se gravem constituit mate-

riam, si *compluries* lædatur : licentia autem sive Episcopi sive parochi eam obligationem plane remittit ; atque etiam consensus parochi postea datus liberat parochianum, qui alibi communicaverat, ab obligatione S. Euchariam secunda vice sumendi. — Sacerdotes autem, qui tempore paschali celebrant, *ubique* satisfaciunt ecclesiasticæ legi.

R. 4. Qui prævidet, se tempore paschali fore impeditum, non tenetur prævenire tempus, nisi prævideat se totius anni decursu impeditum fore : alias enim nulla est ratio, cur obligetur potius ante quam post tempus paschale communicare. Verum ad alterutrum tenetur vi præcepti *annuæ* Communionis. Quodsi igitur postea nequit, tenetur antea. (S. Alph., lib. 6, n. 297-298.)

QUÆSTIO SECUNDA.

Quid de singulis in casu sentiendum?

Ex dictis in quæstione prima facile solvitur secunda quæstio.

R. 1. In *primo* casu Titius non peccavit eo quod tempore quadragesimali nondum S. Communionem sumpsit ; peccavit autem, quod mensibus Paschate posterioribus non sumpsit, idque ex sententia longe communiore graviter, imo secundum multos *toties graviter*, quoties postea data commoda occasione communicandi, eam neglexit : quod alii nihilominus cum Lugo negant (*de Euch.* disp. XVI, n. 69 sq.), putantes ad grave peccatum evadendum sufficere, ut sumatur Communio infra annum currentem : v. S. Alph. l. c.

R. 2. In *secundo* casu Titius bene egit, neque Ecclesiæ præceptum violavit. Nam præceptum circumstantiæ loci, ut nimirum in sua quisque ecclesia parochiali S. Communionem sumat, implere non potuit, utpote extra patriam commorans ; neque Neapolitana illa parochia, in qua vivebat pere-

grinus, facta est sua parochia. A circumstantia igitur loci observanda Titius erat excusatus. Restabat, ut præceptum Communionis *annuæ* et circumstantiam *temporis* impleret, loco quo libebat : quod re ipsa fecit. Verum si intra tempus paschale in patriam suam redux fuerit, debuit secundo, idque in parochia S. Communionem sumere, nisi forte parochus, audito facto, ratihabuerit communionem extra parochiam. — Imo si, parochi non consulto, etiam in patriam redux omisisset secundo communicare, probabiliter non commisisset peccatum mortale, hac *singulari* vice circumstantiam loci non implendo.

R. 3. In *tertio* casu certe violavit præceptum Communionis paschalis; proscripsit enim Innocentius XI propositionem (55) hanc : « Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem ». Re ipsa igitur tenebatur non solum ratione communis legis divinæ occasionem proximam voluntariam auferre, sed ad id obligabatur tum temporis, ratione præcepti annuæ confessionis et Communionis, quod *dignam* præparationem requirit.

QUESTIO TERTIA.

An Titius in reservationem inciderit?

R. 1. Quum in *secundo* casu Titius non peccaverit, ibi inutile est quærere de reservatione. Quoad *primum* vero casum quæstio fit hæc : Num post tempus paschale elapsum lex Communionis urgeatur sub pœna reservationis? Ad quod dicendum est : Si reservatio episcopalis fertur in « non satisficientes *præcepto paschali* », Titius, etsi peccaverit, reservationem non incurrit. Nam *paschali* præcepto satisfacere, ei impossibile erat; possibile tantum erat, satisfacere præcepto *annuæ* Communionis. Quod si culpabiliter neglexit, peccatum commisit, sed non reservatum.

R. 2. Major difficultas videri potest in *tertio* casu : in quo indubie peccavit contra præceptum non solum annuæ, sed etiam *paschalis* Communionis. Nihilominus, nisi Superior ecclesiasticus aliud declaraverit, ne in hoc quidem casu *reservatum* peccatum adesse dixerim, etiamsi fateor, fuisse peccatum reservato gravius. Actio enim Titii, ut sit reservatum peccatum, debuit externe sese prodere ut grave peccatum : quum reservationes communiter ita soleant intelligi. Verum id factum esse, sumi nequit. Nam Communio Titii non erat externe vel publice sacrilega ; si enim id agere tentasset, sine dubio a parochio repulsam passus esset, quum se sacræ mensæ sisteret.

XII.

De dispositionibus animæ ad communionem requisitis.

CASUS.

Titius spiritualibus exercitiis vacans, anteactæ vitæ examine instituto hæc reperit confessario manifestanda : sibi olim post confessionem peractam lethale peccatum inculpabiliter inter confitendum omissum in memoriam rediisse ; at cum proprius non adesset confessarius, et magnæ sibi difficultati esset, suam apud alium conscientiam prodere, ea die communicasse, quin prius se contereret. Item se accusat, quod nullo præmisso contritionis actu interdum ad communionem accesserit, valde dubius de præstito pravis cogitationibus consensu. Addit, se olim in peccatum reservatum, cui etiam reservata excommunicatio adnexa erat, incidisse ; aderat quidem confessarius, sed iste simplex, qui nulla super reservata potestate polleret : urgebat necessitas sumendæ communionis, quam sine gravi scandalo præterire non poterat : quare præmisso contritionis actu communionem sumpsit.

His auditis, confessarius anceps hæret et secum quærit :

1° *Quænam dispositio ex parte animi requiratur in suscipiente Eucharistiam?*

2° *An in singulis Titius peccaverit?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quænam dispositio ex parte animi requiratur in suscipiente Eucharistiam?

R. 1. Necessitate præcepti divini certum est, requiri ad assumptionem S. Eucharistiæ statum gratiæ; imo probabiliter necessitate medii. Scilicet certum est, eum delinquere graviter contra legem divinam, qui peccati gravis sibi conscius, ad sumendam Eucharistiam accedat, antequam cum Deo fuerit reconciliatus: quæ lex solummodo exceptionem patitur, quando quis necessitate coactus S. Eucharistiam sumere debeat, neque tam cito cum Deo se reconciliare potuerit.

Probabile insuper est, statum gratiæ non solum ex præcepto requiri, sed esse ejus necessitatis, ut eo deficiente etiam inculpabiliter, S. Eucharistiæ effectus nullos producat, seu medium vel signum efficax gratiæ non evadat. Verum id tantummodo est probabile, quum contrarium sit etiam probabile, imo probabilius, videlicet S. Eucharistiam in eo, qui inculpabiliter remansit in statu peccati, seu qui peccati gravis commissi sed non deleti sibi conscius non est, producere effectum gratiæ, si modo adfuerit attritio de peccatis commissis.

R. 2. Necessitate præcepti saltem ecclesiastici, probabilius etiam divini, necessarium est, ut qui gravis peccati sibi conscius sit, non possit contentus esse contritione, sed debeat præmittere confessionem, ut sacramentali absolutione Deo reconcilietur: nisi propter necessitatem Eucharistiæ sumendæ et defectum cujuscumque confessarii excusetur.

Notum est circa hoc edictum Concilii Trid. sess. 13, cap. 7 : « Communicare volenti revocandum est in memoriam ejus [Apostoli] præceptum : « Probet seipsum homo. » Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris; quod si necessitate urgente sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. »

R. 3. Illa necessitas, quam insinuat Concilium Trid., in homine laico rarissima est. Possibile est, si quis jam assidens tabulæ communicantium demum peccati gravis recorderetur neque sine periculo infamiæ possit recedere; vel si S. Eucharistia ab infidelibus impetita e periculo profanationis esset per laicum eripienda.

QUÆSTIO SECUNDA.

An in singulis Titius peccaverit?

R. 1. In *primo* casu Titius præmiserat confessionem sacramentalem, atque per eam in statum gratiæ erat restitutus. Oblitus quidem erat alicujus peccati mortalis, atque certissime id debet adhuc in confessione clavibus Ecclesiæ subjicere; verum ab hoc etiam peccato, non directe quidem, sed indirecte absolutus est : ita ut non simpliciter peccati commissi nondum sacramentaliter deleti sibi conscius sit. Quare de necessitate hujus peccati ante Communionem confessorio declarandi non constat. Cf. *S. Alph.* lib. 6, n. 257; *Theol. mor.* II, n. 150. — Magis etiam excusatur ab

adeundo statim confessario, si hoc cum notabili incommodo conjunctum sit.

Neque in his casibus ulla lege tenetur ad actum contritionis. Teneri posset ad summum ex ea ratione, quod deberet se certius restituere in statum gratiæ. Verum propter confessionem subjective bene peractam et absolutionem acceptam satis certo in statu gratiæ constitutus est.

R. 2. In *secundo* casu, quando dubius erat de peccato gravi commisso et nihilominus ad S. Eucharistiam accessit : res pendet multum ab habituali statu conscientiæ. Si Titius arctioris, nedum scrupulosæ conscientiæ sit, a præmittenda confessione peccati dubii potius *prohibendus* est ; si sit conscientiæ non vitiose meticulosæ neque laxæ, in casu serii dubii *consulenda* est confessio, at non imponenda ; quodsi sit laxioris conscientiæ, eo magis omnino suadenda est confessio vel etiam injungenda. Videlicet in hoc posteriore casu ratio gravis pro immunitate a peccatis non habetur, in priore non habetur ratio prudenter gravis ad asserendum peccatum commissum : quare sicut in uno casu confessio fuerit perutilis vel necessaria, ita inutilis et nociva erit in altero.

Ceterum quamdiu Titius habet rationem prudenter gravem, quod peccato gravi non consenserit, obligatio confitendi ante S. Communionem non potest urgeri. *Theol. mor.* II, n. 150; *S. Alph.* I. 6, n. 475.

Verum, ne Sacramentum Eucharistiæ effectu suo forte frustretur, videtur Titius, nisi scrupulosus sit, quando rationem dubiam quidem sed prudentem habuit putandi se graviter peccasse, actum contritionis vel ejus conatum debuisset præmittere quo, moraliter loquendo, suæ reconciliationi cum Deo provideret ; post serium conatum potest acquiescere, quia fecit, quod prudenter judicavit faciendum. — Si igitur ne conatum quidem adhibuit, mea opinione peccavit (*Theol.*

mor. II, n. 150) : nihilominus quum S. Alphonsus non audeat eam obligationem omnino urgere (*l. c.* n. 475), etiam mihi sufficiat indicasse, quid saltem practice summopere commendandum sit.

In *tertio* casu quid dicendum sit, pendet maxime ab eo, utrum confessarius simplex in ejusmodi circumstantiis habuerit per accidens facultatem absolvendi a reservato peccato et censura, necne. Si enim non habuerit, Titio licuit contento esse sola contritione, et non obstante censura, si vere adfuit necessitas, ad S. Communionem accedere.

Sed in casibus papalibus ex decr. 23 et 30 Junij 1886 in ejusmodi necessitate quilibet confessarius facultatem habet absolvendi, i. e. tum censuram tum peccatum directe remittendi, cum obligatione, ut pœnitens sub pœna recidendi in easdem censuras infra mensem adeat, saltem per confessarium, S. Sedem. Quare si Titius casum papalem habuit, male egit.

Similem normam Episcopus pro suis reservationibus statuere *potest*. Attamen nisi id re ipsa fecerit et publicaverit, manet antiqua regula, inferiorem nihil posse in reservationibus Superioris, nisi adsit impedimentum diuturnum. Quod igitur nisi adfuerit, Titius, quum non haberet confessarium competentem, licite egit. Nihilominus etiam tum, si de *sua* perfecta contritione prudenter dubitasset, debuisset saltem peccata non reservata confiteri et sacramentali absolutione statum gratiæ recuperare. *S. Alph.* l. c. n. 265; *Theol. mor.* II, n. 153.

XIII.

De jejunio ad communionem servando.

CASUS.

Titius, Romanus, ætate proventus, vetustatis amantissimus, nil magis quam novitates odit. Inductæ mox per horarium, quod

dicunt universale temporis anticipationi non se conformat, sancte servans pristinam horarum computandi rationem. Olim accidit, ut ex itinere hora noctis undecima cum dimidio valde defatigatus et incœnatus pridie festi Assumptionis B. Virginis redierit. Impiger mensæ accumbit, ut breviter reficiatur; in animo enim est die sequenti ad communionem accedere. Sed inter confabulandum et edendum quam citissime tempus effluit, ita ut attonitus audiat horologium, juxta recentem temporis computationem horas pulsans, duodecimam noctis horam nuntiari. Sed recreatur cogitans, ad mediam noctem juxta veterem computandi rationem decem adhuc deesse minuta, per quod temporis spatium cœnæ vacare pergat et die sequenti communicat.

Decursu temporis Titius, cum causa male affectæ valetudinis non possit naturale jejunium ad communionem requisitum servare, a Summo Pontifice facultatem obtinet bis in hebdomada sumendi aliquid per modum potus ante communionem. Hac facultate utens, antequam Eucharistiam sumat, modo jus ex carnibus expressum vel lac, modo chocolati potionem sumit, nunc gelidam (*vulgo gelato*) haurit; quin etiam semel ovum vix natum sugit.

Quæritur :

- 1° *In quo consistat jejunium ad communionem requisitum?*
- 2° *An Titius communicando in die Assumptionis reus fuerit violati jejunii?*
- 3° *An rite idem utatur facultate sibi a Pontifice concessa?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

In quo consistat jejunium ad Communionem requisitum?

R. I. Rituale Rom. loquens de Eucharistiæ sumptione monet, ut sint " omnes saltem a media nocte jejuni ", et accuratius Missale in Rubricis de defectibus IX; habet : " Si quis non est jejunus post mediam noctem, etiam post sump-

tionem solius aquæ, vel alterius potus aut cibi, per modum etiam medicinæ, et in quantacunque parva quantitate, non potest communicare nec celebrare. »

R. 2. Sed ut accuratius prohibitio illa ecclesiastica severissima circumscribatur, ex communi theologorum sententia ad lædendum jejunium et creandum Communioni impeditum requiritur : 1) ut res sumatur ab extrinseco, 2) ut res habeat aliquo modo rationem cibi vel potus, 3) ut per modum cibi vel potus in stomachum descendat.

Hinc jejunium naturale ecclesiasticum non censetur lædi :

1) Si quis deglutiat reliquias ciborum inter dentes residuas ;

Si quis deglutiat sanguinem e dentibus fluentem, vel ex vulnere intus in ore, in faucibus erumpente, etc.

2) Si quis deglutiat res quæ nullatenus alterantur in stomacho (aliter dicendum de iis rebus, quæ non alunt quidem, imo venenum sunt, sed alterantur a stomacho) ;

3) Si quid minimum ab extrinseco quidem pervenerit in stomachum, sed *per modum attractionis* per nares (v. g. tabaci pulvis) ;

Vel *per modum aspirationis* hauriendo pulverem vel animalculum quod volavit per aera (attamen si quis ejusmodi animalculum in ore sentiens, quum possit exspuere, voluntarie deglutiat, jejunium lædit) ;

Vel *per modum salivæ*, i. e. si quis guttulam cum saliva permixtam non ex intentione deglutiendi, sed alio fine v. g. lavandi assumptam præter intentionem deglutiat.

De quibus fuse loquitur S. Alphonsus, l. 6, n. 277-281.

R. 3. In computando tempore mediæ noctis *licet* sequi tempus *publicum*, etsi non parum discrepet a tempore vero ; *licet etiam* sequi tempus quod ipsi loco convenit, sive est tempus *verum* meridiani loci, sive tempus loci *medium* i. e. tempus a sole indicatum cum æquatione temporis medii.

Id jam clare efficitur ex responso S. Pœnitentiariæ ad

Card. Archiep. Neapolit. d. 18 Junii 1873 : « Possuntne fideles Neapolitani in servando jejunio naturali aliisque Ecclesiæ obligationibus sequi horologia horas indicantia juxta *tempus medium Romanum*, an potius debeant ea horologia sequi, quæ indicant tempus verum Neapolitanum? » *Resp.* « Ad 1^m partem, *affirmative; negative* ad 2^m. »

Possunt igitur fideles uti tempore publico, at non tenentur, sed alia etiam legitima temporis computatione uti possunt. Quod de cetero S. Pœnitentiaria interrogata d. 29 Nov. 1882 expresse respondit : « Fideles in jejunio naturali servando et in officio divino recitando sequi tempus medium *posse, sed non teneri.* » *Theol. mor.* II, n. 159 et 629.

Similiter postquam in plurimis locis inductum est tempus universale, secundum quod in toto orbe minuta et secundæ eadem computantur, horæ solæ diversæ pro diversis zonis horariis, responsum est « posse clericos sequi tempus *legale* in persolvendo officio divino tam anticipantes privatim matutinum, quam recitantes vespas. » S. R. C. 22 Jul. 1893; quod eodem jure applica ad servandum jejunium naturale ante SS. Eucharistiæ sumptionem.

Quare quilibet jus habet ea temporis *computatione utendi* pro observando jejunio naturali, quæ sibi commodior est; imo nihil obstat, quin modo hoc, modo illa utatur, non tamen ita, ut eadem vice utramque conjungat, quo et edere possit non obstante sequenti Communionem et simul omittere pensum officii divini nondum persolutum.

QUÆSTIO SECUNDA.

An Titius communicando in die Assumptionis reus fuerit violati jejunii?

R. Ex iis, quæ dicta sunt in Quæstione prima, dici debet, Titium *potuisse* omnino sequi veterem horas computandi

rationem. Suppono tamen, in veteri computandi modo servatum esse tempus verum vel medium; nam si secundum veterem computum horæ vero serius indicat essent, hunc computum non potuisset Titius sequi, quia neque amplius esset tempus publicum, neque tempus verum vel medium.

— QUÆSTIO TERTIA.

An rite idem utatur facultate sibi a Pontifice concessa?

R. Qui accepit facultatem sumendi aliquid per modum potus, ei sane id solum sumere licet quod retinet rationem potus secundum communem æstimationem. Verum quum facultatem accepit ratione infirmitatis, non excluditur potus confortans et nutritivus. Hinc censeo :

1) Jusculum carne coctum, sicut communiter præparatur, potuisse pro potu sumi;

2) Similiter poculum lactis per modum potus sumi potest;

3) Idem valet de chocolato, nisi coctum sit per modum pultis;

Sed 4) quod sumpserit Titius dulciaria congelata; hæc impossibile est sumi per modum potus, et re ipsa edendo sorbentur, etiamsi in ore dissolvantur. Quare existimo, hæc in re Titium objective graviter læsisse legem ecclesiasticam, facultatem suam transgressum;

5) Dein quod sugat ovum recens editum, pro potu a nemine habetur; proin eodem jure, quo modo dictum est, Titius violatæ legis haberi debet. Aliter senserim, si in poculum cerevisii, vel lactis, vel jusculi tenuis ovum immisisset, atque ita cerevisiam lacte vel jusculum ovo permixta pro potione sumpsisset; hæc enim mixtio re vera pro potu habetur, etsi non pro eo, quem diebus ecclesiastici jejunii pro libitu sumere liceat.

AUG. LEHMKUHL, S. J.

DE L'ORAISON
COMMANDÉE POUR UN DÉFUNT :

QUELS JOURS ET A QUEL RANG LA DIRE?

Cette question est pratique; n'arrive-t-il pas ordinairement qu'une oraison soit prescrite pour le Souverain Pontife ou pour l'Évêque défunt? Et l'on nous fait remarquer que la *Nouvelle Revue Théologique* n'en a point encore parlé avec la netteté désirable et qu'elle s'est montrée bien hésitante.

Nous ne cherchons point à le nier; mais nous plaiderions volontiers les circonstances atténuantes. On trouvera tout d'abord la question traitée dans les *Mélanges théologiques*, qui n'ont pas dissimulé leur embarras: « La difficulté qu'on nous propose, » dit cette Revue, « est une de celles qui, à notre connaissance, sont le plus de nature à créer des embarras, parce que, en effet, on ne trouve pour la résoudre aucune donnée positive (1) ». Et plus loin: « Reste à savoir en quels jours doit se réciter cette oraison commandée. Malgré des recherches nombreuses et réitérées, il nous a été impossible de trouver dans les auteurs quelque chose sur ce point (2)... Sans auteur pour nous diriger, sans décrets de la Congrégation des Rites, que résoudre? (3) »

C'est en 1880 que la *Nouvelle Revue Théologique* a été

(1) 5^e Série, page 140.

(2) *Ibid.*, pag. 142.

(3) *Ibid.*, pag. 143.

amenée par une consultation à s'occuper de la question ; elle a rappelé l'article des *Mélanges* et a soutenu la même conclusion sans aucune hésitation, disons plus, avec une certaine vivacité (1). En 1882, on signalait à la *Revue* l'opposition entre le sentiment des *Mélanges* et celui de De Herdt : « Cette oraison », disait-on, « doit-elle être dite aux messes des fêtes doubles ou semi-doubles ? En un mot, faut-il suivre les règles tracées dans les Rubriques pour les autres oraisons commandées ? Les *Mélanges* soutiennent ce dernier sentiment. De Herdt ne permet cette oraison qu'aux jours où il est permis de dire trois oraisons à la messe (Tom. I, num. 72, 7°). Quelle opinion faut-il préférer ? » Et la *Revue*, sans renvoyer à ce qu'elle a dit deux ans auparavant, sans demander où les Rubriques s'occupent des oraisons commandées, se borne à cette courte réponse : « Il est assez difficile de prendre parti dans cette controverse. Les deux opinions sont probables, appuyées sur des raisons plausibles. Le seul moyen de sortir de la difficulté est de s'adresser à la S. Congrégation des Rites, et nous engageons notre respectable abonné à soumettre à l'Ordinaire de son diocèse un projet de supplique, en lui demandant de l'apostiller favorablement (2). »

Revenons sur la question, puisqu'on nous le demande, et traitons-la d'une manière complète. Nous distinguerons entre les messes de *Requiem* et les autres messes, et ce sera la grande division de cette Dissertation.

I. MESSES DE *REQUIEM*.

La Rubrique défend, aux messes de *Requiem*, toute oraison pour les vivants, quand même cette oraison serait com-

(1) Tom. XII, pag. 545.

(2) Tom. XIV, pag. 114.

mune aux vivants et aux morts : « In missis defunctorum nulla fit commemoratio pro vivis, etiamsi oratio esset communis pro vivis et defunctis (1) ». Cette dernière partie du texte vise tout spécialement l'oraison : *Omnipotens sempiterna Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum*, etc., qui, au temps d'Innocent III, se disait encore aux messes des défunts (2).

En raison de cette défense, il ne peut être question de dire aux messes de *Requiem* une oraison commandée autre que l'oraison pour des défunts ; mais il n'est pas question d'exclure cette dernière, qui se trouve tout à fait à sa place. On dira donc l'oraison commandée pour un défunt ; et on suivra la règle générale posée pour toutes les oraisons commandées, c'est-à-dire qu'on l'omettra aux messes auxquelles la Rubrique ne permet qu'une seule oraison. Il ne rentre pas dans le but de cet article d'exposer les cas où la messe de *Requiem* ne comporte qu'une seule oraison ; il suffit de dire que l'oraison commandée pour un défunt n'y a pas sa place et ne fait pas exception à la règle.

De plus, aux messes privées de *Requiem*, qui comportent trois oraisons et en permettent plus de trois, le prêtre se souviendra que l'oraison *Fidelium* doit toujours se dire la dernière ; en conséquence, il dira l'oraison commandée *tertio loco*. Il peut, d'ailleurs, mais il n'est pas tenu d'ajouter une autre oraison pour compléter le nombre impair ; s'il le fait, l'oraison commandée doit toujours rester *tertio loco* et l'oraison *Fidelium* être la dernière. Deux décisions de la S. Congrégation des Rites viennent à l'appui de ces règles.

La première remonte à 1741 :

(1) *Rubr. Miss.*, tit. VII *De Commemorationibus*, n. 6.

(2) Gavantus, *in cit. Rubr.* ; Cavalieri, t. III, cap. XI, n. 1.

IV ... In missis quotidianis defunctorum possuntne dici plures, quam tres orationes? Et oratio secunda potestne mutari, scilicet dici ver. gr. pro Patre, præ notata : *Deus, veniæ largitor?*...

